Quidam Testator laicus in suo ultimo testam.to Instituit sibi heredem Veneran. scholam Ecc.e s. Mariae cuiusdam oppidi Cremonen. Diocesis, eiq. substituit Hospitale quoddam in alia Diocesi constitutum, et alias subst.es fecit, d.amq. scholam heredem Institutam grauauit ad erigen. montem pietatis in d.o oppido his pacto, et cond.e, quod Admin.res d. Montis pietatis teneantur amore Dei unicuiq. accommodare de pecunia hereditaria modo non excedat. summa duorum scutorum pro qualibet vice. Item iussit, ac voluit quod dd. Admin.res sint prius laudati, et approbati per d. Hospitale substitutum, seu per illius Admin.res, quibus etiam voluit, ~~quod~~ per Admin.res d. montis ronem admin.nis suae singulis annis reddi mortuo Testatore Rectores d. scholae Montem ipsum erigere volentes const.es, et ordines quosdam

pro illius regimine formarunt, et illorum approbonem
à Magistratu seculari obtinuerunt nullo facto verbo
cum Episcopo, eo quod pretendant locum ipsum à persona
laica fundatum mere profanum esse, et ideo non egere
auctoritate ecc.ca, nec ordinarium in eo se Immiscere posse quer.
An Epus illum visitare possit vigore decreti Conc: Trid.ni
c. 8. sess: sess: 22.

Vel an Admin.res pti Montis ronem Admin.nis Ep.o reddere te-
neantur Juxta decretum Conc: c. 9: sess: 22.

Vel an saltem cum alijs deputatis Epus ipse adhiberi possit
vel debeat in reddenda rone, p.t in fin. d. c. 9: disponi
videtur.

Cong.o Conc: cens: posse Epum visitare

Epus lucen pndens sibi licere visitare confraternitatem
sancti Michaelis eiusdem Civitatis, et si à laicis guber-
naretur. qui sentiam super hoc à Delegato sixti 4.i
obtinuerunt postulat hoc à Cong.e declarari.

Cong.o Conc: cens: Epum lucen posse hanc Confraternitatem
visitare ex c: 8. sess: 22. Item exigere ronem admin.is
ex c: 9: sess: 22. Admin.es autem Confraternitatis, et
ptim Hospitalis, et adiuncti relinquent Confraternitati
et offalibus ab eo deputatis Juxta sentiam latam à

Delegato

Delegato Sixti 4.i Redditum aut, et erogationē elemos.arum si in certos usus destinate sunt non debere, nec posse Epum in alios usus conuertere, si uero distributio est arbitraria Confraternitati, et bene utatur Confrtas, ita suo arbitrio permittat sic Epus alias prouideat, p.t melius expedire uidebitur.

Usque ad paginam 956. continentur multa Jura utriusq. partis cum utraq. multa allegaret super statu Confraternitatis An esset ecc.ca uel laicalis.

Rectoribus Hospitalis Platee ibidem petentibus committi Causam super Visitat.e ipsius Hospitalis, cum ipsi pn-derent ab ordinario uisitari non posse, à cuius uisitat.e, et Jurisd.e a sede ap.ca fuerat exemptū ad petitionem Cardinalis Brancatij, qui illud reedificauerat.

Cong.o cens: Causam committen in Rota cum cla sine retard.e Visitationis ordinarij.

Admin.res Hospitalis Papie exempti per priuilegium Nicolai V. à uisitatione ordinarij pretendebant ab eo post Conc.m uisitari non posse, nec coram eo teneri reddere admin.is rationem, qua de re Cong.em consuluerunt.

Cong.o cens: non obstan allegatis pro Admin.bus Hospitalis Jus uisitandi d. Hospitale, et exigendi ronis redditionem

ab eius Administratoribus competere Ep.º tanquã sedis Ap.ᶜᵉ Delegato ex decreto Conc: sess: 22. c. 8. et q: et rõ est quia d. c. 8. tollit privilegium Nicolai V. quoad visitationem, et licet dicat in casibus à Iure concessis hoc tamen non impedit, cum de Iure cõi Epus visitare possit Hospitalia sublato privilegio Capituli de xenodochijs de Relig: dom: et Clem: quia contingit de Relig: dom: quod vero attinet ad redditionẽ ronum de qua in c. q: exceptus est solus casus, quando in fund.ᵉ cautũ esset, quod non redderetur ordinario, sed in Bulla Nicolai V.ᵗⁱ in qua fit fundamentũ nulla mentio habetur cui sit redden ratio vel non reddenda.

Collegium artis mercantis Perusiæ Hosp.le ipsorũ laicale esse pñdebat contra vero Epus esse ecc.ᵘᵐ et Causa in Cong.ᵉ Introducta.

Cong.º cens: rem ad S.ᵐᵘ deferen S.ᵐᵘˢ respondit non esse edenda in hac Causa aliqua decreta, sed relinquen curã Ep.º Perusiæ concordandi controversiã hanc.

D. Catherina de Mendola Ispalen in sua ultima voluntate disposuit ex bonis eius Institui quasdã Cappellanias perpetuas pro aliquibus presbiis, et reliquit quasdam dotes pro aliquibus puellis nuptui traden

et

et certos admin.res elegit quibus curā omnimodā dictarū Cappellaniarū, dotiumq. tribuit expressē prohibens, ne ord.rius aut superior aliquis in dd. operibus pijs se Intromitteret etiā ex causa visitat.nis, aut alia quacunq., Unde fuit dubitatū An d. dispositioni obstaret Conc.m Trid: c: 8. et 9: sess: 22.

Cong.o cens: si hę disposit.es testatoris cum huiusmodi conditionibus in fundatione appositis fuerunt approbate á sede ap.ca non esse sublatas á decreto Concilij sess: 22: c. 8. et ideo ordinariū loci nullo modo posse se Immiscere Admin.ni visitationi, correctioniue dd. Cappellaniarū, nisi in casu negligentiē Administratorū ab ipso testatore deputatorū Juxtā disponēm c: tua nobis de testam:

Admin.res fabricę Cremonen declarari postularunt An possēt visitari ab ordinario, eiq; ronēm reddere tenerentur eorū admin.nis

Cong.o cens: quod ad caput visitat.is attinet de quo in sess: 22. c. 8. non expedire nunc procedere ad ulteriorē executionē declarat.s quod vero spectat ad caput red.nis ronum admin.is fabricę locum habere ultimam partem c: 9: sess: 22: cum illa Interpret.e alias data, ut Epus adhibitis alijs deputatis habeat votū decisiuū, ut possit in sua domo Jubere reddi ronēs, et convocare deputatos, et hac declarat.e sensit Cong.o quod licet Civitas allegat Imm.es, et dato quod de ea

liquido constaret, et quamq. c. 9: sess. 22: tollat solum
quascunq. consuetud.es non exprimendo Imm.le quo casu
Imm.lis non censetur sublata, ut alias Cong.o decreuit tn
ex quo c. 9. facit regulam, quod reddant.r rones ordinario
excipiendo unum tm casum, nisi in Instit.ne fabricæ, secus
expresse cautu esset, quæ verba non possunt conuenire
Imm.li quia cum in ea nulla verba expressa legi possent
cum consistat tm in præsumpt.bus Impossi.e est dicere quod
cautum sit expresse per Imm.lem, et exceptio hæc sola
dicitur formare regulam in casibus non exceptuatis ergo
regula habet locum et in Imm.li tanto magis in eo cau
in quo Epus adiungit sibi alios deputatos, quia si
dicamus non habere locu qn adest consuetudo Imm.lis
nunquam prouideret, quia clarum est ante Conc.m Epus
nunquam fuisse adhibitu ea forma qua Conc.m requirit
Unde cum sit noua forma quam Conc.m Introduxit non
consideratur Imm.lis præcedens, ut dicitur in forma exa-
minis per Concursum sess: 24: c. 8.

Admin.res hospitalis Iesu xpi oppidi de Vtrera Ispalen Diocs
à Iunsd.e Ordinarij exempti tam ex tenore fundat.nis
quam ex priuilegijs, et confirmat.bus sedis Ap.cæ quærunt
An d.s Hospitale possit ab Ep.o visitari vigore Decretorum Conc. Trid.
Cong.o

Cong.o cens: si exprimatur in supplici libello in fundat.e expresse cautum esse, ut iuxta ordinarius confirmatio ap.ca tale fundationem nõ esse sublatam à decreto Conc:

Idem cens: Cong.o in alia Osunen.

Confratres Hospitalis s. Mariæ Mediolanen. prætendebant se nec posse ab ordinario visitari, nec ei teneri reddere suæ Admin.nis rationem allegantes scholam, seu domum d. Hospitalis nullum Altare, vel Campanile habere nulla ecc.ca Immunitate eius bona gaudere pro eius litibus Iudices laicos adiri officiales ab ipsis Confratribus deputati in alienat.bus bonorum et Contractibus Hospitalis nullam solemnitatem adhiberi quæ adhiben. est cum bona Ecc.a distrahantur à principio a laicis esse fundatum, et à tpre Imm.li esse eos in quasi poss.e eos actus exercen. sine Archiep.i auctè, et Ideò nullo modo eius Jurisd.ni, aut visitationi subiacere, Archiep.us autem illud visitare prudens, ac se reddi admin.is rationem allegabat omnes huius Hospitalis redditus consistere in legatis Testatorum relictis cum onere distribuendi pauperibus et Missas celebran., et Idcirco à se esse visitan., ut videret num piæ Testatorum voluntates in aliquo fraudarent.

Cong.o cens: Archiep.m posse visitare, et exigere rationis reddit.es ab Administratoribus huius Hospitalis hoc addito, et præsupposito de consuetud.e reddi rationem certis personis

deputatis Archiepm̄ unā cum Eccōi personis auctem̄ hāre exigendi hanc redditionē rationis, et suā sentiā dicendi.

Idem Cong.o cens: in Hospitale Terciliy.

In fol. 217. reperiuntur notate infrate declarat.es non expressis personis ad quorū Instantiā emanauerint.

Interpret.nes super nonnullis decretis Conc: Trid. facte per Ill.mos deputatos Cong.is eiusdem.

Administratores Hospitaliū debent ronem̄ reddere Episcopo ordinario Admin.nis sue et qn̄ consuetud.e privilegio et Constonē aliqua alijs personis ad id officiū electis ratio redden̄ est admin.is pte ordinario cū Interuentu d.or electorū.

Ordinarius non habet auctem̄ visitandi Hospitalia, neque Confraternitates, que a laicis reguntur, nisi in casibus a Jure expressis, et c. 8. sess: 22. Conc: Trid: Intelligitur et habet locum solummodo in casibus a Jure cōi permissis licet in ordinario ab eis ronem̄ admin.is exigere nulla habita ronē Juris cōis, sed reseruata tm̄ dispos.e dicti c. 2.

In c. 8. sess: 22. Conc: Trid: de reform: clare dr̄, quod Ep.i habeant Jus visitandi Hospitalia, et Confraternitates etiam exemptas sess: 7. c. 15. habetur curare debēt Ep.i, ut Hospitalia a suis Administratoribus quomodo

exemptis fideliter, et diligenter gubernentur, quod fieri non potest absque uisitat.e per quam cognoscere debet ord.s que facere debeant Admin.res Hospitalium, et Confraternitatum tenentur singulis annis reddere ronem Admin.is ordinario.

Testator quidam Teuilij iussit, ut his suis bonis Hospitale erigeretur in quo exerceretur pauperum hospitalitas a duob. hoibus à Coitate Teuilij huic admin.ni preficiendis Hospitale ita erecto absque ullo Ep.i Interuentu uere, uel presumptiue Admin.res sunt ab Vniuersitate quotannis Instituti, qui transacto admin.is tempore alijs electis Admin.bus futuri anni ronem reddant admin.is nunquam adhibito Ord.rio qui nec et Hosple ipsum unquam uisitauit Card. Boromeus illud uisitare pndens transmisit monitione deputatis Administratoribus, ac recusantes, et app.tes excoicauit, et Hospitalis scripturas sequestrauit his ioibus in Congreg.e deductis, et propositis.

Cong.o cens: Hospitale hocesse priuatum posse tamen ex decreto Conc: sess: 22: c. 8. illud uisitare, corrigere, et reformare in ijs tm, que ad obseruan uoluntate Testatoris fundatoris pertinent habere Item ex alio decreto eiusd: sess: 22: c. 9: auctem exigendi redditione ronis ab Admin.bus eiusdem Hosplis una tamen cu illis deputatis, quibus ex

consuetud.e redden. ratio est. precatisq. his Prefecti Cong.nis ad Card: scriben. Cong.is nomine quod scripturas seques-tratas restitui faciat, et si illi excoicati absolut.e et ad cau-telam petierint benigne illam eis impartiatur, neque eos cogat ad aliquem actum pub.cum

Vicario Feretrano declarari postulante an Iudices seculares ha-beant Ius visitandi hospitalia Confraternitates Elemosynas et alia pia loca, quorum Cura ad laicos pertinet, et illa cogno-scendi, et exequen. non obstan. quod ex Conc: Trid: decr.o c. 8. sess: 22. Ep.i ad hoc munus obeundum sint a Sede Ap.ca delegati.

Cong. cens: Conc: c. 8. prolibere, quominus Iudices seculares possint visitare huiusmodi hospitalia, dummodo alias eis hoc Ius visitandi legitime competat.

Ortalis inter Epum Narnien. et Admin.res hospitalis S.me Trinitatis super visitatione, ac statutorum reformatione, quam Epus facere posse pretendebat circa statum, et administrat.ne hospitalis pti a laicis erecti, et semper ab eis sine Ep.i Interventu administrati adierunt ad sedan. controversiam Cong. Conc:

Cong.o cens: Epum posse visitare et visitando statuere ea que ad bonam admin.ne pertinent, maxime ex quo ipsi deputati negligentes fuerint in providendo abusibus, reservata tamen discussione singulorum statutorum, que Epus faciet si forte in eis modum excesserit.

Conquerente Capitulo S.te Geltrudis Narnien. Diocesis, quod Epus
uocare uellet ad redditionem rōnis, quam facere tenebant.
Caplarēs, uti Admin.res Hospitalis S.te Geltrudis olim cum Capit.o
bona Indiuisa habentis, et nunc eius membri, quodq; prohiberet
ne soluerent annuas pensiones, quibus Caplum est grauatum.

Cong.o cens: esse scriben. ad Epum, ut respondeat quo Jure Id sibi
uendicet, et Interim supersedeatur.

Petentibus quibusdam Toletan. qui à Duce de Mal equeda executores
Testamenti intra biennium executioni demandandi deputati
fuerunt prorogationem alterius biennij ad exequen. cum destinat.
aliquos probos Viros, qui ab ipsis statuta exequerent.

Cong.o Conc: cens: prorogationem ad alium annum tm conceden. depu-
tationem aut executos in partibus denegan., addenda tn
clam, dummodo Interea non sit alteri Jus quesitum.

Sess: 22. C. IX.

Cum Epi Viciniores ommitterent Visitationem Fagiani et Putignani subiectorum, quod spiritualem et temporalem Jurisdem Bailiuio S.ti Stephani Hierosolymitan Religionis Epus Sauonen petebat An sibi post Epos ob legitimas suspiciones uisitare omittentes dis locis uicinioribus uisitatio competeret.

Cong.o cens: Metropolitanum tanq. Viciniorem Epum uisitare debere ex c. 9: sess: 22. post duos menses.

Illmus Cardinalis s. Praxedis petit declarari An per c. 9. sess: 22. Conc: Trid: liceat ordinarijs exigere ronem ab Administratoribus locorum piorum mere laicorum et priuatorum, et licet ex mente d. decreti, quod absolute, et sine ulla distinctione loquitur pro ord.ijs crederet responden tn cautius agendo declaratione Cong.is expectare uoluit.

Cong.o cens: c. 9. sess: 22. Intelligi etiam in casibus a Jure non expressis.

Ferdinandus de Fonseca relictus Administrator Capellae cuiusdam a Testatore Institutae cum salario ducatorum decem postulauit declarari An faciendo celebrare missa singulis diebus pro anima Testatoris satisfaceret eius uoluntati, quae fuit, ut ab Administratore Capellano Missas celebranti tot nummi soluerentur quot possent supplere redditus hereditatis, adeo ut liceret pro Admin.ri fructus super excedentes d. hereditatis eius Industria, et labore pro se retinere.

Cong.o cens: nihil posse sibi applicare, sed debere eum esse contentum suo salario scutorum decem, et quicquid super excreuerit teneri conuertere in celebrationem tot Missarum, quot red.tus suplere poterint

Confraternitas S.me Mariae de Barchina Elemosynas à Testoribus relictas pauperibus verecundis distribuendi consuetud.e habebat à sede ap.ca confirmata cum privilegio quod nulli rationem reddere teneretur, et cum ab Ep.o Confraternales vigore Trid. Conc. ad rationem redden. cogerent. postularunt declarari An jure id ei liceret.

Cong.o cens: si id quod ratio nulli et ordinario reddat. est ex solo privilegio sublatum esse à Conc.o sess: 22. c. 9: et ideo cogendos istos admin.res reddere rationem ordinario non obstante d.o Privil.o si tamen Admin.res Jus aliunde pretendant deducen. coram Cong.e Intra quatuor menses, et Interim d. Ep.us supersedeat.

In causa olim vertente inter Ep.um Cremonen. super fabrica Ecc.e maioris eiusdem Civitatis S. D. N. ex voto Ill.mor. et R.mor. sacri Conc: Interpretum ita declaravit per hec formalia verba, Decrevit ut Ep.us Cremonen. pro tempore existans in redden. rone de fabrica cum alijs ad id deputatis Juxta tenorem, et formam d. decreti sess: 22. c. 9. Nunc dubitari contingit An viris per ptem Ep.um, et deputatos ipsos singulis annis computis et rationibus adhiberi debeat idem Ep.us in liberatione ipsa facienda, ut ipse existimat mentis fuisse S.mi D. nri, et Ill.mor. Card.lium, vel an sufficiat, ut interveniat in videnda, et redden. rone, sed deinde liberatio fiat per deputatos solos, ut antea fieri consueverat Ideo queritur quid agen.

Cong.o cens: non sufficere liberationem fieri per deputatos, sed adhibendum esse ordinarium quoad Visitat.em vero, et cetera salva sint Jura utriusq. partis, postea vero ordinarius pag: 623: his Juribus renunciavit.

Queritur an stante Conc.o Trid: c. 9. sess: 22. Ordinarius debeat
Interesse redditioni computorum Hospitalis perpetui uniti fa-
bricæ suæ Cath.lis Ecc.æ, et alterius etiam non uniti cum eadem
auctoritate sicuti alij deputati scilicet ut habeat votum in illo actu
absoluendi, et condemnandi, sicut et cæteri An vero sufficiat
ut aliqui volunt ad liberationem eorum, ut Ordinarius assistat
et et dissentiat, et in casu quod requiratur ad liberationem
consensus Episcopi, ut creditur an votum suum debeat nu-
merari cum alijs, ita quod maior pars votorum absoluat, aut
condemnet, An vero requiratur omnino votum Ordinarij
ad condemnandum vel absoluendum et si maior pars deputatorum
esset in contrario voto.

Cong.o cens: Epum habere votum sicut cæteri, et votum suum cum alijs
debere numerari ita ut maior pars absoluat, aut condemnat.

An Ordinarius adhibendus in reddit.e rationis cum alijs deputatis
Juxta c. 9. sess: 22: possit eos deputatos compellere, ut
Interueniant dum ratio redditur, dum illi nollent.

Cong.o cens: non posse Epum eos cogere, ut assistant reddit.ni
rationis, sed illi moniti noluerint solus poterit rationes
exigere.

Quibusdam Abbatibus Burgen. querentibus An c. 9. sess: 22. com-
prehenderet eos, ac Abbatissas, et Præpositos Monasteria sua
obtinentes cum regularia eorum Instituta, ac liberam adminis-
trandi rationem, et Imm.lem consuetudinem.

Cong.o cens: non comprehendi, quia c. 9. loquitur de Administra-
toribus fabricæ tm, et non loquitur de Reg.ribus, sed de secularibus

Admin.res Hospitalis Civitatis Sartanen. quot annis ab Unitate Civ.tis eligi solitis, et Syndicis post finitam administrationem ab Imm.li tempore ronem reddentes conquerebantur, quod Epus ronem sibi reddi debere pndens, et propterea libros, et Jura Hospitalis sibi edi nitens eos reddere denegantes excommunicasset a qua excommunicatione cum appellassent, petebant a sac. Cong.e illam nullam declarari, et Ep.o nullum Jus competere super d.a ronum redditione.

Cong. cens: scriben. Ep.o, ut istos Admin.res absoluat, si tn illi prius ad Epum detulerint librum ronum, et si coram eo, et in domo eius, et coram deputatis rones reddiderint, sinendo Epum habere votum decisivum.

An curare Epus debeat, ut elemosynę ab Admin.bus fabricę in eum usum, in quem destinatę fuerunt, et pro quo offerunt. conuertantur, et ad id efficiatur ordinare quęcung. ei iusa fuerint expedire.

Cong.o cens: Cum tales Admin.res teneant. quot annis reddere ronem ordinario Jus. c. 9: sess: 22. pertinere ad Epum prouidere ut fideliter omnia peragant., et ne aliqua fraus Interueniat in exequen. Introitibus, et proventibus, et quęcung. ipsi expedire pro sua prudentia uidebunt. ordinare

An Epus possit uisitare Hospitale tam per seipsum, quam per Vicarium, seu alios Visitatores.

Est notatu posse Jus. Clem: quia contingit de Religi. Domi.

Orta lite Inter Epum, et Admin.res Hospitalis Corduben. super
redditione rationis Hospitalis Epus pro se allegabat, decr.
Conc: Admin.res vero sntias, privilegia, et consuetud. Imm.les
Cong.o cens: licere Ep.o non obstan. snia, consuetud. Imm.li, et Epil.o
d. Hospitale visitare, nam privilegium est sublatu per
Conc: sentiam vero est declaratoria, que nullu Jus tribuit
quia cum simplici consuetud. 40. annos non possint se
laici Admin.res eximere à redditione ronum per Clem:
quia contingit que illas tollit, seq.r Conc: c: 9: sess: 22. de-
rogans consuetudini, ut aliquid operetur Intelligen. esse
de Imm.li Tiraquell. de retract. convent. gl. 2. n. 25.
An Capelle in Ecc.a Regularium site, sub quarum Invocone fratres
congregant.r possint ab Ep.o visitari.
Cong.o cens: non posse.
An Conc: sustulerit privilegia, et facultates, que legme compe-
tunt Confraternitatum Gubernatoribus nominandi Cappel-
lanos ad eorum nutum amovibiles in Ecclesijs secularibus,
sub earundem Confraternitatum gubernio existentibus.
An Epus in fundatione exclusus à Visitatione Hospitalis, quia
in fund.r sit cautum ne se admin.i Visitationi, aut correctioni
Immisceat possit se Immiscere in casu neglig.e Admin.tor
Cong.o cens: posse Juxta c. tua nobis de testam.
Presupposita consuetud.e quod propius sacerdos Hospitalis
pauperibus ibi degentibus sacramenta ministret, eosdemq.

ibi

ibi absq. Interuentu Parochi sepelliat An talis consuetudo sit obseruan.

Cong.o cens: esse obseruan, dummodo sacerdos Hospitalis ab ord.rio sit approbatus.

An Ep.i ita sint piarum disponum executores ex decreto c. 8. sess: 22. ut Archidiaconi, Decani, et alij Inferiores non possint de eis cognoscere Juxta eorum consuetud. et Imm.les

Cong.o cens: Euoi Inferiores posse et cum Epis

An Abbates Abbatissæ, et Præpositi regulares, qui habent liberam administrationem suarum Ecc.arum et Imm.li consuetud. teneantur reddere ronem fabricarum suarum Ecc.arum Ep.o uigore decreti c. 12. sess: 22.

Cong.o cens: non teneri

An decretum c. 9: sess: 22: habeat locum ex visitat.ne

Cong.o cens: habere.

An c. 9: sess: 22. sit Intelligen absolute, etiam in pijs locis laicorum priuatorum sine ulla distinctione generaliter et in casibus a Jure non concessis.

Cong.o cens: ita esse Intelligen.

An Ordinarius ad exactionem ronis debeat Interuenire illis statutis diebus, quibus ex priuil.o consuetud.e, uel constit.e redden est ratio.

Cong.o cens: debere.

An Epus ex decr: c: 8. et 9. sess: 22. possit Confratribus Confr.tis

alicuius Intimare Visitationem, et exactionem ronum tpris preteriti.

Cong.o cens: posse.

An Admin.res Confraternitatis Rosarij teneant.r singulis annis reddere ronem admin.nis ordinario ex c. q: sess: 22.

Cong.o Conc: cens: teneri.

Sess: 22. Cap: 8.mo

In oppido de Alua salamantin Diocesis pro Causis forum ecc.cum concernen tria Notorum officia obtineri solita sunt, et cum tenues essent eorum prouentus tres illi Tabelliones hæc offa exercentes complura scelera ad vitam eorum sustendam perpetrare cogebantur quibus motus Ordinarius salamantin tribus his officijs suppressis unum tm erexit illud cuidam Incolæ d. oppidi contulit cum omnibus emolumentis soluto tn prius tribus prioribus Notarijs pretio quo eadem offa emerant Vt autem suppressio, et collatio pta validiores essent Instabat apud Cong.nes pro Confirmatione.

Cong.o cens: non indigere hac confirmat.e si ita decretum fuit in Conc.o Prouinciali, ut narrabatur, et decretum Conc: c. x: sess: 22. non loquitur de supprimendo.

Dubitauit Epus Recanaten An ex sess: 22. c. x. cum ex Notorum &c ibi possit Epus illis Idoneis non repertis possit etiam exercen usum prohibere in negotijs, et litibus profanis coram Judice laico in Terris Ecc.e

Cong.o cens: non posse, quia Conc.m loquitur de Causis Ecc.cis et spiritualibus tm ergo non Intellexit de litibus profanis, neque coram laico.

An facultas prohibendi Notarijs minus Idoneis repertis, ne in negotijs, et Causis ecc.cis, ac spualibus eorum offm exerceant Ep.is tributa decreto Conc: c. x: sess: 22. et quoad negotia et lites locorum prorum a laicis administratorum tributa Intelligatur.

Item an eadem facultas extendatur ad contractus personarum Ecclesiasticarum, qui de earum patrimonialibus bonis conficiuntur

ptim stante consuetud.e quod Causæ Eccl.ci eorum bonorum ratione ad forum ecc.cum spectent.

Die p.a Septembris 1588. Cong.o Conc: Com: Car: Aret: et Mart: cens: Intelligi tributa.

Ad 2.m extendi.

Sess: 22. Cap: 11.

Sess: 22. C. xi.

Dubitatum fuit An dispositio c. xi. sess: 22. procedat in ijs, qui usurpant bona ecc.ca non sub rone bonorum ecc.corum, sed cum sint confines bonis Ecc.e transgrediuntur proprios terminos, et parteno bonorum Ecc.e suis copulant Agris.

2.o An Conducentes bona Ecc.e, et mutatis, uel etiam conuiuentibus Ecc.arum titularibus suppresso titulo Conductionis incipientes ead. bona possidere, tamq. patrimonialia ligentur eodem decreto Conc: c. xi. sess: 22. quod uidetur loqui solum de usurpantibus bona, et Jura Ecc.e sub rone bonorum, et Jurium ecc.corum tamq. ad ipsos spectan, ita ut Usurpatores fateantur quidem bona ipsa et Jura esse Ecc.ca, sed pretendant ad ipsos pertinere.

Cong.o ad p.m censuit procedere.

Ad 2.m non ligari d.o decreto rone in dubio allata.

An qui bona stabilia Ecc.arum absque sedis Ap.ce assensu post Concilium in perpetuum scienter sub annuo censu locauerunt, conduxerunt, permutauerunt, aut als alienauerunt, et alienata receperunt subiaceant penis c: xi. sess: 22.

Cong.o conc: censuit subiacere.

An quecunq. Usurpatio bonorum, Juriumq: cuiuscunq. beneficij uel loci pij subiaceat usurpante Anathemati, et alijs penis appositis in c. xi. sess: 22.

Cong.o cens: subiacere.

An cedentes Arbores frugiferas in bonis Ecc.arum, uel aliud simile damnum ipsis bonis inferentes tam Clerici, quam laici eorum nomine Intelligantur comprehendi in c. xi. sess: 22.

Cong.° cens: comprehendi si in proprios usus converterint, aut impedierint, ne ad eos, ad quos Jura pertinent, cum tn de hoc Iterum actum fuisset dictum in primis esse exclud.tes Rectores proprios. cum Conc.m loquatur de certis personis, et Intelligen de Clericis, ut Conc.m loquitur.

2.° fuere. qui dubitarunt, ut s.t. An comprehenderentur.

3.° An comprehenderentur in hijs. qui in proprios usus non converterint propter illa verba Conc: seu impedire, ne ab ijs ad quos de Jure pertinent percipiant.r Ideo referen ad s.mu cum verbis formalibus Conc:

An Clericus intrusus in beneo praetextu prelationis litigiose absq. Instit.e Ordinarij inciderit in penas c. xi. sess. 22.

Cong.° cens: non incidisse.

An cedentes arbores fugiferas pior. locor. et Ecc.ar Vl. ear. Rectores ut illis vendant, et in proprium usum convertant, et consument comprehendant.r c. xi. sess. 22.

Cong.° cens: cedentes vendendi causa non comprehendi, seu alios.

In Regno Sardiniae sunt tres Archiepatus, et quatuor Epatus, et cuilibet eorum unitae sunt duae, vel tres Ecc.e Cathedrales destructae in quibus nulla est resid.a Canonicor. et cum olim his Canonicatib. inter Cath.les ptas anteq. destruerent.r plures Ecc.e Curatae unitae fuissent hodie abusus invaluit, ut appellentur Can.tus, et hoc praetextu plures à multis obtinent.r, et in nulla residendo fructus lucrant.r oium constitutis tm in paghis Ecc.ar Vicarijs qui nomine illor. sacram.ta ministrent, Unde Ep.i dicti

Regni

Regni sacram Cong.ne pro opportuno remedio consuluerunt.

Cong.o cens: cogendos obtinentes has Ecc.as Parolles in eis residere si modo non sunt suppresse donec Cathedrales destructe reficiant. uel Ecc.e consistentes, quibus unite sunt destructe nō Indigeant residentia Canonicorum, sm quam sntiam Pius V. edidit bullam, qd obtinentes Dignitates, et Canonicus in Ecclesijs destructis nullum haberent locum in eis contenderent, sed singuli in singulis Parolibus residerent.

Sebastianus Clericus Bracharen nomine totius Cleri Bracharen ad peten à sum. Pont. prorogationē temporis à Conc.o statuti ad dimitten benea incompatibilia Romam se contulit, et prorog. obtenta duo benea Curata in ter.o resignauit, Verum quia ex Prouincia Bracharen discesserat irrequisita Ep.i licentia Ord.ius Bracharen ei fructus beneor abstulit, quā de re cum apud Cong.es conquereret.r dicens ante Conc.m Intiam non fuisse neciam et à sequestrat.e et ablatione fructuū non appellasse metu Ordinarij.

Cong.o cens: Causam in Rota committen.

Cum uacaret simplex beneum in Paroli Ecc.a B. Mariæ de Castillo et Epus à sua Ecc.a abesset Sebastianus Gonzalez illud à S.mo impetrauit, Verum Epus habita uacationis notitia idem beneu alteri contulit. querebat prouisus à S.mo An collatio Ep.i absentis ualida esset eo pretextu, quod illis tribus mensibus, quibus ei per Conc.m licet abesse habeatur pro pnte, et gaudeat beneo alternatiue

Cong.o cens: Epum illis tribus Mensibus abntem laberi pro residente.

Archipbr. Duralani coram suo Metropol.o et Auditore Cam.e super quarta, et alijs Juribus suæ Ecc.æ litigans Cong.ni supplicat abnoiam suam sibi d.a de causa in aliquo non afficere.

Cong.o cens: si super Juribus Ecc.æ litigat Justam absentiæ causa censeri.

Virdonum Civitas in Confinibus Galliæ, et Germaniæ sita maximum detrimentum ecc.cor. bonorum ab Hereticis passa est, et nisi eorum Improbis conatibus Canonici Cath.lis, et Collegiatæ Ecc.æ d. Civitatis annis etiam arreptis restitisset nihil aliud, nisi dd. Ecclesiarum Incendium, et Subditorum desolatio sperari poterat, Unde Dignitates et Canonici pti Imminutis valde annuis suarum prebendarum redditibus, ad eout vix ad vitam eorum substentan. sufficiant à G.mo petierunt, ut cuilibet eorum in Cathedrali, et Collegiata residen. liceret fructus eorum Cathedralis sibi legitime collatæ percipere, et illi per idoneum prbrum ab ordinario approbandum deserviri facere

G.mus de consilio Cong.is dum melius aliquid excogitaret. Interea arbitrio, et prud.æ Card.lis Lotoringiæ permitti voluit, ut qui unam modo Parrochiam obtinerent, et Canonicum in Cathedrali his, ut in alterutro residerent, quemad.m opus esse videretur concederet eo adiecto, ut id tm ad nunc obtinentes pertineret omni ratione posthac id impetrandi exclusa.

Edita per Pium V. bulla, qua cavebatur obtinentes in Insula Sardiniæ Parochiales annexas Canonicis Cathedralium destructarum teneri in Parochialibus residere Archipbr., et Canonici Civ.tis Cassien. sub prætextu quod eorum Cathedralis Ecc.a adhuc Intacta

maneret

maneret, et eque pnlr unita Ecc.ae Algiaren haberet Capitulum ac nomen, et Dignitatem Epalem obtinuerunt à Pio V. motu proprio, in quo expresse disponitur Archipbrum Canonicos et Capitulum in eorum antiquo statu, nomine et Dignitate perpetuo relinqui Verum Epus Algaren adijt S.mum narrando motu proprium ptum redducen esse ad terminos bullae prius editae, quia ex Unione quam exhibuit constabat Can.tus Ecc.ae Castren cum suis prebendis fuisse translatos ad Ecc.am Algaren, et ideo non posse deffugere eos Can.tus residentiam in d.a Ecc.a prout faciunt nullibi residentes, ptim quia si Canonicus Ecc.ae Castren non extinguuntur parrolis illis annexae debita residentia defraudantur S.mus negotium hoc totum Cong.i Cone: decidendum commisit.

Cong.o cens: illum 2.m motum proprium Pij V. obtentum ab Archipbro et Can.cis Castren reducen esse ad terminos Juris, et primi illius Constit.is Pij V. et ita Jussit S.mus observari.

Epus Jucunarij sac. Cong.i narravit se à suo Epatu anno 68. Romam contulisse, et inde cum Intia S.mi profectum in Hispaniam, ubi Abbatia Medinae obtenta Epatui renunciavit, qui R.mo D. Bernabeo collatus fuit Hoc audito Caplum d. Ecc.ae impediuit eius prorem non acciperet quedam olea collecta in bonis Epatus eo anno, quo fuerat absens sub pretextu quod tanquam spolia ad Cameram pertinerent, et Ideo Instabat sibi opportune provideri

Cong.o cens: non spectare ad Caplum retinere illos fructus tanq. spolia, sed ad Nuntium, et proban ipsam Intiam in tempus, vel supplen à S.mo, et facien verbum cum S.te S. S.mus audita relat.e

Cong.nis mandauit scribi Nuncio Neap.no quid Iuris pretenderet
in istis fructibus, et Interim agenti Ep.i rem non communican
Datis ad Nuntium per Cong.nem litteris, et accepto responso, qd nihil
Iuris in istis fructibus pretendebat rursum ad S.mum negotium decla:
ratum fuit S.mus mandauit ut diceretur Agenti Ep.i olim Inue
naten. ut acciperet à Card. Pacheco lras quibus attestaretur Pius
V.m dedisse ipsi Ep.o Intiam eundi in Ispaniam, et posteà cum
istis litteris adiret Epum nouum Inuenaten. et peteret ab eo sibi
Ius reddi super istis fructibus Card.lis Pauchus de Intia per litteras
attestatus fuit ad Epum Inuenaten. qui licet ad Card.lem rescripsisset
se eis acquiescere noluit tamen fructuum sequestrum reuocare, et
propterea rursus petitum fuit à Cong.e opportunum remedium.
Cong.o cens: mitten. supplicem libellum partis ad Epum Inuenaten. et
scriben. cur noluerit reuocare sequestrum, Rescripsit Epus ad
Cong.nem Ideò non reuocasse sequestrum, quia licentia concessa
Episcopo Inuenaten. suo predecessori à Pio V.o non habuit aliquam
temporis prefixionem, atque ita Intelligen. erat iuxta dispositionem
Conc: per duos menses tm et tn Epus abfuit per tres annos, et
nunc agitur de fructibus ultimo anno recollectis Item quia
Pius V. 2.o anno à tempore d. Intie obijt, et ideò erat finita
2.o anno per mortem concedentis est reuocata per edictum
gnale Gregorij 13. in principio sui Pontus editum contra non
residentes, Item quia Epus ptus eodem tempore retinuerat
duo Incompatibilia, nam postquam in Hispaniam peruenit

adeptus

adeptus est possonem Abbatie Medine que Jurisd.nem habet et curam maiorum, quo casu prima dignitas ipso Jure vacaverat, et ex ea fructus retineri non possunt.

Cong.o cens: Inanes esse has Capituli rones Ideo scriben ad Epum, ut sequestrum relaxet, postea acceptis alijs his Episcopi Cong.bis gstitit in decretis, et cum rursus Epus suis his varias Causas confingeret et in prestanda litteris Congregationis debita reverentia et obed.a se difficilem redderet.

Cong.o rem ad S.mum detulit, qui Jussit Epum per monit.m A. C. vocari ad personaliter comparen in Urbe, et cum vocatus comparuisset Epus Cong.o cens: esse dimitten ex Urbe, dum tn prius declaret consignan esse oleum, et fructus ptos Agentibus Ep.i sui pdeces.ris et ita postea curet illos restitui, et consignari.

In plerisq. Parrochialibus Ecclesijs Carthaginen Diocesis animarum Cura non uni, sed duobus tribusve, aut et pluribus pbris in eis Ecclesijs perpuis beneatis promiscue, aut alternatis diebus vel hebdomadis Incumbit Itaq dubitatio fuit An. c. 18. sess: 24: Conc: Trid: de concursu faciendo in vacone parrolium, et c. p.m sess: 23. qui benea Curata obligant ad residentiam in his beneijs, que servitoria nuncupant. locum haberent.

Cong.o cens: ea ipsa benea non esse parroles Ecc.as Ideoq: quod in Vacat.e parrolium Ecc.as Conc: Trid: decrevit non esse eis observan quotiens vacabant, neque Item alia rone videri Curata, quin imo potius totam animarum Curam in omnibus illis Ecclesijs ad Ordinarium pertinere, atque Idcirco ab eo esse hanc Curam suscipien, ut in

Lubi Ecclesiis idonei Vicarij, seu Rectores, atque illi quidem voluntarij instituantur penes quos sit illius Curae admin.o resignauit postea Lubi parochiam Ecc.a, quam ob.it in tit.m Gaspar Riberio, qui nunc à sacra Cong.e supplicat declarari eum non esse obligatum ad residentiam d. parochiis Ecc.e durante Vita d. Vicarij perpet.

Cong.o cens: non teneri dummodo Cura animarum legitime translata sit in hunc Vicarium perpetuum.

Epus Segobricen. graui morbo laborans, ut recuperan. ualetudini operam daret se contulit ad Ciuitatem Valentiae, in qua et si se diligentissime curaret post menses tn septem ui morbi confectus obijt Collector spoliorum Ecc.cor. confecto Inuentario instetit bona hered.a Ep.i applicari Cam: Ap.ae Verum Capitulum Segobricen. comparuit, et exposita abntia Ep.i septem mensium à sua Ecc.a postulauit fructus Epatus d. temporis fabricae concedi Juxta c. p.m de reform: sess: 23: Conc: Trid: Dubitatum fuit quid esset in hac re decernen.

Die 21. Julij 1574 S.mus referentibus Card.bus Ale. et Sen: iussit d. an ad Collectorem hras in hanc sentiam, nempe si con Ep.os uiuentes et non residentes non consueuit fieri applicatio fabricae Ecc.e fructuum Epatus pro rata temporis abntiae ultra tres menses no debere et fieri hanc applicationem Ep.is defunctis quod si con uiuentes Epos fieri solet applicatio reseribat modum, et formam, qua ad praxim deduci consueuit, tunc enim S.tas sua maturius deliberabit.

Die

Die 19. Augusti 1574: questione ad Iuris terminos deciden in Cong.e
proposita fuere, qui dicunt nullam actionem competere Capitulo
quia est in arbitrio superioris Ecc.ti dare fabricæ, vel pauperibus, sed
alij omnes con. quia Conc.m obligat precise Epum, vel superiorem ecc.cum
ad distribuen fabricæ, vel pauperibus, Cum antea ex dispositione
aliqua, quis teneatur dare Titio, seu Seio uti dulet, si quam primum
potest neutri dat utriq. actio, et petitio competit l. si Titio, aut Seio
de leg: 2.o imo et si statim cum pot ultro non offerat, statim uterq.
petere pot l. cum quidam ita vers: Idem ait, et vers: vid. enim ubi
glos: et Bart: de leg: 2.o gl. in l. utrum §. cum quidam in verb: utile
de reb. dub: Cum ergo superior ecc.cus teneatur ex Conc: decreto fructus
absentiæ Ep.i erogare fabricæ, vel pauperibus, et non fecerit consequens
est fabricæ actionem competere, et Ideo Capl.um pro ea nunc peten
audiri debere. Quidam enim dixerunt Epum notorie infirmum
potuisse abesse sine l.ntia in scriptis ex Conc: d. c. p.o vers: cuius quidem
sed cæteri omnes responderunt non esse opus l.ntia in scriptis tn cum
causa absentiæ est notoria propr munus, et officium Epatibus ad-
iunctum; Nonnulli et dixerunt declarationem esse tm sublatam
in foro conscie, non in foro fori, sed alij uno ore in contrariam sentiam
iuerunt, nam cla alia declaratione non sequuta est puncto
separata a clausula illa, nec tuta conscia, et est posita, vel
in medio, vel in fine, quo casu ad utrumq. refertur: Et Ideo
omnes tm concluserunt, quod ex quo pena imposita est a Conc.o
ipso Iure, ut verba satis clare indicant eam exigi posse et

etiam post mortem ex cōi sentiā, de qua apud Tirag: in l. si ung.
in verb. sentiā n.º 241. Itaq. referen. S.mo in puncto Juris fructus illos
quatuor Mensiū absentiæ Ep.i esse per superiorem ecc.cū distribuen.
Fabricæ, vel pauperibus sm̄ verba Conc: Tamen quia Capitulum post
lapsum trium Mensium nihil dixit, et nihil petijt, et Metrop.nus et tacuit
licet notam haberet abntiam, et proinde tam Capl.um, quā Metrop.nus
videntur negligentes fuisse S.tas s. attenta negligentiæ causa
capiat illos fructus, et distribuat sm̄ Conc.m, et non relinquat arbi-
trium Metrop.no S.mus audita relatione Cong.is mandavit scribi
quod quamvis Capl.o nullum Jus competere videatur, tū quia
lapsis tribus mensibus non petijt fructus adiudicari Fabricæ, et proinde
fuit negligens, tum et quia cum Ep.us tempore abntiæ semper
manserit in Civitate Metropolitana, qui poterit ei dare lntiā
ob hanc cam̄ iustam curan̄ Infirmitatis, et cum eum Episcopum
fere quotidie Metrop.nus videret, et peteret. abesse à sua Ecclesia
satis dici posse videri ei hanc lntiam dedisse, Tamen S.mus contentus
est, quod Subcollector Capitulo concedat aliquam partem istorū
fructuū cum caut.e, quod in utilitatem Fabricæ convertantur.

Petente Præposito Piscien. declarari An posset compellere Parrochos ad
habitan. edes coniunctas Ecclesijs parrōlibus.

Cong.o cens: posse compellere, si tn̄ aliquis casus occurrat, qui rōnibus
spēalibus innitat. scriben. ad Cong.nes

In alio simili casu Cong.o cens: Parochum teneri habitare in domo
Ecc.æ parrōlis, et si domum non habet, debere aliquā conducere

saltem intra limites parrochiæ Ecc.ae

Vincentio Taurellio petente sibi concedi, ut posset habitare in domibus paternis, et quod in domibus Ecc.ae parrochialis satis incommode, cum senex esset habitare non posset, ptim cum Ecc.a esset vicina domibus pnis et in Ecc.a et conductorem sustentaret.

Cong.o cens: scriben. Ep.o si vera sunt narrata pmitten. orem manere in domibus paternis, dum et ipse curam animarum exerceat, ut debet

Andreas Abulen. declarari petijt An cum ipse obtineret duas parrochiales ad invicem unitas liceret sibi in utra mallet residere.

Cong.o cens: si istæ parrochiales sunt ad invicem æquè pnliter unitæ, ita ut altera non dicatur annexa accessoriæ, et æquales sint, ita ut neutra ipsarum habeat tit.m dignitatis posse Rectorem eligere in utra earum residentiam

Olim in Insula Meliten. pauci incolæ morabantur, et una tm erat Parochia, nempe ipsa Cathed.lis postea crescente Populo Rector sibi alios adiunxit qui ad diversa d. Insulæ loca mittebantur, et cum inde ad Cathed.lem reverti difficile esset erectæ sunt aliæ decem parrochiales Ecc.ae et eis assignata certa Parochia Cathed.lis Parochia concessit hoc sibi Ius tm reservato, ut isti Rectores teneantur quot annis quatuor solemnibus festivitatibus ad Cathedralem accedere, nec non in ea quolibet mense duas Missas celebrare Idq. à tpre Imm.li hactenus fuit observatum Nunc Rectores pti onus huiusmodi effugiunt, His narratis Ord.rius Meliten. postulavit declari An cogere eos Rectores possit ad huiusmodi onus subeun.

Cong.o cens: scriben ad Epum. quod si ei constet in erectione d.ar parochium onus hoc fuisse earu Rectoribus impositu illos cogat ad huiusmodi onus subeun.

Benedictus S.ta Maria Theologus Barchinen petijt sibi concedi in diebus Dominicis, et festis plebem sibi commissam pascendo in cetera hebdomade diebus liceret sibi abesse ab Ecc.a parroli, quam obtinet, et morari in Civitate Barchinen distante ab Ecc.a per mediam dietam causa legendi, et Interpretandi pub.ce sacra scriptura.

Cong.o cens: nihil conceden, sed si pro Ore scriberet dicens hoc tendere in utilitatem suae Ecc.e facien verbum cu S.mo

Declarauerat Cong.o Rectores Capellaniarum, seu beneficiorum, quibus in exercenda Cura animarum onus coadiuuando Rectorem parrolis Ecc.e annexu esset ea lege Conc. Trid. c. 1. p.o sess: 23: ad residen teneri, qua Rectores parrolium Ecc.ar ex eode decr.o teneantur, cuius declarat.is occone dubitauit Epus Brixien An obtinens Prepositura in Ecc.a collegiata, et Cappellania in Parroli Ecc.a, cui onus coadiuuandi Rectore in exercen Cura animarum cuiusd. parrolis Ecc.e Imminet teneat. in huiusmodi Cappellania residere, precipue cum in Prepositu Colleg.e Ecc.e tamq. digniori.

Cum Rector parrolis Oppidi de Guadamur Toletan Diocesis cum Incolis dicti Oppidi Inimicitias Capitales exerceret ob.it a sede Ap.ca committi ordinario, ut constito de Inimicitijs ad tempus Oti concederet Intiam non residendi suo arbitrio ord.ius

vigore huius facultatis octo annos concessit, sed cum adhuc exarde-
scerent Inimicitiae et or ad residentiam teneret. adijt Congregat.
allegando se ad residentiam non teneri, et causa commuti.

Cong.o Respondit plus temporis Indultu ab Ordinario, quam ipsa Indulxisset
Idet cogen orem ad residen, vel resignan cum pensione.

Parochus quidam Oriolen postulavit declarari An liceret sibi a sua Ecc.a
sex, vel septem diebus abesse causa visitandi suos parentes senes,
et pauperes Incolentes locum distantem per dietam a d.a Parroli.

Cong.o cens: licere.

A pag: 176. usque ad 204: sunt scriptae pagine sine declarationib
Cong.nis

Epus Aegitan dubitavit An Epus absens ex causa a Conc.o appro-
bata fruat.r alternativa, quam S.mus concessit personalr residentib
dumtaxat.

Cong.o cens: innexa praecipue reg.a Cancellariae Pij V. p.a Martij anno
6.o censuit frui, referen tn ad S.mum qui audita relat.e Cong.nis de-
claravit se Intelligere, ut non fruat.r Epus alternativa, qn abest
etiam ex causa a Conc.o approbata, Idq. ad tollen lites, quae oriri
possent super hoc art.o, quae causa sit approbata, vel ne.

Epus Burgi sancti sepulchri declarari petijt An cum in Civitate
sua pauci sacerdotes essent, et quatuor Monriae magni Mo-
nialium numeri posset aliquos Parochos ad Cura Monriorum
adhibere ita ut ex hac causa licite ab eorum vicinis Eccijs
abesse valeant. Cong.o cens: non posse, sed facien verbu cu S.mo qui renuit.

Instante Ep.o Fulginaten. sibi concedi Lnciam euocandi à sua parol. Ecc.a quendam Curatum Virum multae eruditionis, ut ludo litterario Clicor. praeficeretur.

Cong.o cens: non conceden.

Cum alias fuisset declaratum habentes Canonicum cum praebendis, et parolem teneri residere in Parol. Dubitauit Epus Egitanien. An Idem esset obseruan. si parolis distaret à Cath.li per Leuuam uel dimidiam tm, adeout diebus Dom.cis et festis facile accedere possent ad parolem, et ibi sacram.ta

Cong.o cens: idem esse obseruan.

Cum Epus Brixien. esset editurus Constit.nem, ne quispiam Curatus abesset à sua Ecc.a et unicum diem sine eius Lnciam sub poenis pecuniarijs Parochi eius Diocesi dubitarunt An id Ep. liceret cum ex Conc: c. p.o sess: 23: qui paulisper abest à sua Ecc.a non uideatur abesse.

Cong.o cens. non posse declarari, quod tale statutum sit con Concilium quod cum uelle, ne paululum possit abesse Rector absq. Lnciam Ep.i etiam per unum diem expectan. tamen, qd Epus edat Constonem, quae si erit cum aliquo temperamento, poterit permitti, sin minus Cong.o curabit addi, quod alicui ex Vicarijs Foraneis detur facultas concedendi talem Lnciam.

Quaesitum fuit An obtinens ex dispensat.e Ap.ca duas parolles unitas in quibus non resideat, nec umq. resederit, et Prepositurum Collegiatae, cui annexa est Cura animarum, et in qua hucusque

resederit possit dictis Parrolibus, seu earum fructibus priuari, Precipue cum Ordinarius per edicta omnes conuenerit ad residen. in eius parrolibus Ecclesijs sub pena priuationis.

Cong.o cens: non posse priuari si exercitium Curæ Prepositurae Incumbit pone ipsius Prepositi, ipseq. eam exercuit et exercet, quinimo si nollet residere in Prepositura esse cogen. cum ea sit dignior, et quis teneatur residere in digniori ex beneijs plurimis, quæ obtinere pot.

Cong.o Conc: declarauerat quendam Lauigninum Genuen. qui parrochialem Ecclesiam, et perpuam Capellaniam adeptus erat ante Conc.m posse utrumq. retinere, et dummodo in parroli Ecc.a resideret, Capellaniæq. quot.nas distribut.es amitteret, ipsiusq. Capellaniæ annuos fructus Iure percipere, nec cogi posse, ut in ea resideret, et licet in limine fundationis cautum esset, ut hijs Capellanijs eas obtin.tes per seipsos deseruirent, et à sede Ap.ca Lauagninus Impetrasset ut sibi liceret deseruire per substitutum tn ex hac declaratione Cong.nis contendebat se subtrahere oneri deseruiendi per substitutum.

Cong.o cens: scriben. ad Archiepum Genuen. ut tunc Lauagninum compelleret ad seruiendum Cappellaniæ per substitutum ab Ordinario approban.

Cum Canoci Collegiatæ Ecc.æ qui Canonicus tenui redditus, et parrolis obtinebant peterent à Cong.e d. tenuitati prouidere per Vniones Interim non compelli ad residen. in Parrolibus, prout compellebat.r in cum Bullæ Pij V. ut Conc: Prouincialis Mediolanen.

Cong.o cens: non posse suspendi Bulla Pij V.ti et decretum Synodi Prou.lis sed scriben. ad Epum, ut prouideat Vnionibus.

Cum Epus Emolen. priuasset Rectorem Parochis, quia non residebat, et Rector Cong.ne adijsset.

Cong.o cens: priuationem esse nullam, et restituen. Rectori parochem quia in ultimo precepto ante sentiam quo illum ad residentiam uocauerat comminatus fuerat Ordinarius fructuu ammissionem et non priuationem Parochis.

Rup. Dial. Inseruiens suae Parrochi Ecc.e petijt à Cong.e Intiam manendi extra locum Ecc.e per octo menses, ut posset edificare quoddam Monasteriu suis Impensis in Ciuitate Zamoren. distan. per xx. milliaria à d.a parrochi.

Cong.o cens: scriben. ad Epum, quod si uera est ista causa concedat hanc Intiam posito Interim in Parochi Idoneo Vicario à se approbato.

An Parrochus Inseruiens Ep.o in Visitatione licite possit abesse ab Ecc.a sua.

Cong.o cens: posse Epum pro Visitat.e suae Diocesis uti opera d. Parochi dum tn ultra quadrimestre singulis annis non absit à sua Parochia, posito Interim ibi idoneo Vicario cum congrua portione arbitrio Ordinarij.

An Coadiutores perpui in Cura animaru exercenda Rectori à Sede Ap.ca concessi residere teneant.

Cong.o cens: Epum ex Conc. Trid: c. p.o sess: 23: posse eos cogere ad residentiam, et Curam animaru personaliter exercendam.

Epus Vigilian. obtinuit Intiam à Metrop.no, ut posset abesse ab Ecc.a causa uisendi sua bona patrimonialia, et dum ad ea se contulisset

decessit eius patruus, quare coactus fuit domi manere absens ab Ecc.a à mense Junij usque ad Mensem 8bris, ut negotijs familiaribus quæ prius à patruo administrari solebant operam daret, ut executioni testamenti ipsius quo multa in pios usus legabant, reversus domo ad Ecc.a Epus invenit Archiepum transumpsisse Informat.es suæ absentiæ, et velle sequestrare quartam partem fructuum unius anni supp.cavit Cong.i pro remedio.

Cong.o cens: si res ita se habeat, ut narratur fructus non sequestran et si jam sequestrati sint, relaxan sequestrum.

Archipbr Ripæ Criminaliter Inquisitus, et condemnatus ab Ord.rio Romam profectus, et obtenta Causæ commis.e fuit citatus ab Ord.rio ad residen cum fructuum sequestrat.e Ideoq. adijt Cong.nes pro remedio.

Cong.o cens: videri prius Commissionem Causæ, quæ si vera fuerit scriben ad Epum, ut tollat sequestrum, et sinat eum abesse per 4.r Menses ex litis Causa.

Præpositus Præpositurę Parrochialis Ecc.æ Castri veteris per translationem Curę Animarum 80. ab hinc annis a d.a Præpositura ad Ecc.am S.ti Salvatoris, eiusq. Ministros Intra oppidum Castri Veteris per Epum seu Ordinarium ex causa legitime factam, nec ipse, nec tres eius in d.a Cura Coadiutores umq. residere in d.a Præpositura consueverunt tamq. exonerati muneri residentiæ Nunc cum cogeretur ab Ordinario ad residentiam tum sub d. Curę prætextu, tum etiam quia Ecc.a pta est Collegiata, quod dicebat Archipbr nō ēē verum.

Cong.o cens: si vera est accusa, et Ecc.a non est Collegiata, nec Jurisd.em

habet non cogendum Oratorem ad residentiam.

Nonnulli obtinentes Parolēs Ecc.as Archipbratus, et Prepositurās nuncupatas, et si in eis resideant, cum tn̄ sint plerique ex eis Portionarij et literis humanioribus prediti obtinuerunt ab ordinario, ut residentes in Parrōlibus Curam animarū non per se, sed per substitutos exerceant satis esse asserentes si substitutis exercentibus Curam adsint, et persone Unde excepta missa cetera omnia sacramenta et munia substituti exercenda permittebant. quesitū fuit An id ipsis precipuè ex licentia liceret.

Cong.o cens: cogendos esse huōi Rectores ad subeundum per seipsos et non per substitutos omnia munia, ad que Parochi tenentur tolleran̄ autem ut per substitutos suppleant in illis tantū casibus, in quibus expressis uerbis Canonū, decretorq. Concilij permissum est Parrochis, ut per Parochos Coadiutores, uel substitutos possint officio suo fungi quales sunt sess: V. c. 2. uers: Archipbri sess: 6: c. 2. in fin: sess: 21. c. 4: in princ: sess: 22. de sacrif. Miss: c. 8. in fin: sess: 23: c. p.o uers: eadem oīo c. p.o de reform: matr: sess: 24: uers: quid aliter, et uers: pterea eadem, et eadem sess: c. 4:

An in Parrōli Ecc.a unita prebende in Cathedrali ad Vitam pbendati possint Institui Vicarius perpetuus, et posito quod non An pbendatus teneatur se promoueri facere ad ord.em pbratus, uel satisfactum sit Canoni deputando Vicarium ad Vitam pbendati.

Cong.o cens: Parolēs unitas Canonicatui ad Vitam non liberare

obtinentes, quia tenentur se promoueri facere, et in eis residere.
Quodam Parocho petente declarari, ut sibi liceret abesse à sua Ecclesia
quia S.mo Inseruiebat, et quia super ea litigabat.
Cong.o cens: non concedere facultatem de non residendo, sed tm dan
terminus quatuor Mensium à die adeptæ possessionis.
Leonardus Tuccus ante Conc.m prouisus fuit de duobus beneijs Incompa-
tibilibus cum legma dispensat.e, et illorum possessionem non est asse-
cutus, et statim super utroq. lis mota fuit, quæ etiam hodie pendet
Indecisa et cum superuenerit Conc.m Trid.m c. 17. sess: 24: quo cauet.
Incompatibilia hodie retineri non posse, sed alterum dimitten, Dubi-
tatur An teneat.r alterum dimittere lite durante.
Cong.o decreuit dandum oei terminum quatuor Mensium ad
dimitten alterum, alias subiacebit pœnis in ipso Conc.o contentis.
Dominicus Vulpius Dubitauit An posset retinere Præpositura
Ecc.æ Imolen. quæ nullam habet Curam animarum, et est prima
Dignitas post Pontificalem cum Parroli Ecc.a contigua sua habit.ni
et non longe à Cathedrali, adeoque uno, et eodem tempore Cath.li
et Præpositurę Inseruire possit Cong.o cens: posse retinere utrumq.
dummodo resideat in Parroli.
Cum penderet lis in Rota Inter Fabium Clericum Mediolanen priuatum
parroli Ecc.a, quam obtinebat, et Bastianum de illa prouisum
et dubitaretur Inter cætera An stante cap: 1. de reform: sess:
23: sentia priuationis sit legmé lata an ex aliquo defectu nulla
et propria ageret.r de Interpret.ne uerborum Concilij.
Cong.o Conc: Instantibus partibus Cens: Causam in Rota esse deciden.

Canonici, et beneficiati Avignionen. obtinentes Canonicatus cum parrochi Ecc.a ex dispensat.e ap.ca tenent.r in Parrochiis residere, quare inutilis est eis dispensatio, cum nihil omnino percipiant ex Canonicatibus, quorum redditus omnes in distribut.bus quot.nis consistunt, et cum maior pars d.arum parrochiarum tenues admodum redditus existant, et sub dictione Christianissimi Francorum Regis, adeoque si in eis residen. Canonicis esset post percussa p.tim cum hereticis federa facile insidijs opprimerentur.

Cong.i supp.runt pro remedio.

Cong.o cens: referen. ad S.mum si placeat S.ti sue adhibere hoc temperamentum Ut quod Canonici aliqua parte anni in Parrochiis resideant, ita ut due partes ex eis semper resideant in Cath.li, et 3.a per vices in Parrochiis et juxta illum, quem al.s S.mus concessit quibusdam Ep.is, et pro tempore quo residebunt in Parrochiis luerent.r et quot.nas distribut.es, si non in totum, saltem pro parte, S.mus audita relat.ne Cong.is noluit eximere Can.cos a residentia in Parrochiis pluris M. faciens curam animarum quam servitium Cath.lis, solum concessit, q.d Canonici residentes in parrochiis, si Can.tus eorum nullam habent prebendam possint percipere quartam partem quot.arum distributionum.

Hippolitus Pisanus provisus de parrochi Ecc.a non poterat consequi possessionem impediente ord.io, nisi prius renunciaret muneri interpretandi jus Canonicum, quo in studio Pisano fungebatur, Ideoque adijt Cong.em pro remedio

Cong.o cens. non posse denegari possessionem Parrochiis, et si non resideat posse postea puniri.

Rodericus Canonicus Eboren. et Rector parrochi Ecc.e S.ti Petri obt.it a

Cong.e Conc.

Cong.e Conc: Intiam resignandi Parolem, et dummodo remanerent Centum pro Rectore reliquos fructus per se perciperet; Cum aut postea Cong.ni constaret fructus parolis ascendere ad summam ducatos 450. et Idcirco cum ipse Rodericus Instetit admitti ad resignationem modo pto, cum ipse teneret. ad multa onera exce-dentia summa Centum ducat.

Cong.o cens: debere Rectori remanere ducenta, et quod pensio sit 250. constituta in tot aureis non in fructibus, et in supp.ne fieri debere mentionem quod si per 30. dies a Canonu abfuerit eo priuetur.

An habens parolem Ecc.a in tit.m, et Monrium in Commendam, si in illa pro maiori anni parte resideat diebus Dominicis, et festiuis et in quadragesima audien. sit si petat Intiam eundi ad Monasterium ut ibi concionetur, cum Concionatores deficiant, et an ista Causa sit ex approbatis a Conc.o c. p.o sess: 23: et quantu temporis ab ordinario concedi possit.

Cong.o Cens: hanc non esse causam grauem, qua ei concedi debeat Intia, et ultra bimestre abesse possit a parroli Ecc.a

D. Doctor Comilla obtinens beneum in Ecc.a s. Marie Collegiata uti antiquior ex Capitularibus obtinuit Archipbratum d. Collegiate anti-quiorem ex Statuto Ecc.e deferri solet, et cum iam super beneo diu litigasset An teneret. ad residentiam nec ne, et lis et hodie pendeat supplicauit sibi Indulgeri tempus congruu ad eam finien, et licet lis uertat. super beneo non super Archipbratu tamen cum sit accessoriu beneij, et amisso etiam beneo amittat. etiam Archipbratus dicebat non esse Cur ei non deberet Indulgere.

Cong.o cens: loquen cu Card.li Paulo, ut Intiam petita concedat.

Fuit als à Cong.e declaratum, quod cum Archid.s, vel alia Dignitas exprimeret erectione habens Curam animarum sacramentalem habeatur pro Parroli habens Dignitatem huiusmodi, et parolem alterâ ex his Ecclesijs dimittere tenet.r ex qua declarat.e surgit alia dubitatio, An si Archid.tui, vel Dignitati posteà fuerit annexa Cura quo casu non habetur pro parroli obtinens ex dispone Ap.ca huiusmodi Archidiaconatu, vel Dignitatem, cui sit annexa Cura, et aliam parolem possit residere in Archidiaconatu tanq. in digniori.

Cong.o cens: teneri residere in Parroli, et deservire annexe per Vicarium perpetuum, sicut etiam Canonicus habens parolem tenetur residere in Parroli.

Pag: 651. sunt posita Infrapta dubia proposita in Cong.e cum tractaretur de Confirmatione Conc: Trid.i

In primis quam ab aliquibus opponerent.r nonnulla con decreta huiusmodi s. synodi forte expediret, ut singulae opposit.nes scriberent.r et super hijs maturius considerari possit, antequam Confirmatio Conc: fiat.

P.o deliberan. est An S.tas sua debeat simpliciter, vel cum aliquibus moderationibus, seu declarationibus in locis opportunis confirmare Conc.m veluti circa c. 3: in princ: sess: 24: sub S.mo D. N. Pio 4.o In quo prohibetur, ne Archiep.i visitent Ep.os, nisi ex ca probata in Conc.o Prov.li qd est contra disponem Juris com.is Item circa c. 4: eadem sess: quod prohibet, ut nullus secularis sive Regularis contradicente Ep.o possit predicare nam dictum fuit periculum, ne Ep.i male tenentes prohibeant Cath.cos predicare sic et circa c. 6. in ead. sess. ubi conceditur facultas

Ep.is

Epis absoluendi in heresis crimine An aliquid addendum sit propter quamplures, qui forte non denunciabuntur.

2.° An sit statuen certa, et gnalis regula pro omnibus, qui cogunt resignare parolis Juxta c. 1. ead. sess. scilt. ut sciant omnes, quae portio fructuum super his resignandis sit illis reseruanda, quippe cum in fine dicat. quod S. Sua prouidebit resignantium necessitatibus prout ei congruum visum fuerit.

3.° An forma bulle Cene Dni sit mutan, eo quod in c. 6. sess. 24. conced. Epis, ut possint absoluere et in casibus sedi Ap.ce reseruatis.

4.° An quia dispensationes facien sunt gratis Juxta c. 18. sess. 25. Idem etiam seruan sit in omnibus, quae imponuntur ob praeterita delicta.

5.° An Epus, qui consequi non pot possonem suae Ecc.ae ab alijs per uim occupatae teneatur promouere intra tempus debitum aut excusetur, aut saltem ei sit danda prorogatio.

6.° An scholares in minori aetate, qui parolis nunc obtinent teneantur ex decreto residentiae statim residere An uero ex dispone Juris possint habere certum tempus absentiae ex cal. studiorum Juxta decretum sess. V. c. p.° uers. docentes uero.

7.° An committen sint in Curia Causae omnes, quae sunt de maioribus, nec non super beneijs reseruatis, et alia Juxta formam Clem. Causam de elect. quam iste sm Canonicas sanctiones sunt tractan apud sedem Ap.cam c. 20. sess. 24. non obstante.

8.° An indulta ad alienas Ecc.as, quae sunt reuocata c. 19. sess.

sess. 24. comprehendat et ea quae reservata sunt, seu con-
cessa ex causa resignationis.

9.° An quod cavetur c. v. sess. 25. de Regul. ne Moniales exeant a
Monasterio, nisi ex causa legitima ab Ep.° approbanda sit in-
telligen. sine alia licentia suorum superiorum, ita ut Ep.us debeat
probare tm causam, licentia vero sit dan. a superiore.

X.mus An quia eod. c. v. prohibentur omnes ingredi septa Monrij
et in casibus necessarijs sint et puellae seculares, quae hodie
in Monasterijs educantur statim eijcien., et an ulla amplius
imposterum recipien. sit causa educationis

XI. An Monrijs commendatis Regulares personae professae efficien.
sint quoad titulum An vero sufficiat Priorem Claustralem
ibi constituisse eo quod in eod. tit.° de Regul. c. 20. dicitur, quod
confidit Synodus S.mus Rom. Pont. Curaturum pro qualitate
temporum reg.res personae professae efficiant.

In Margine annotatae sunt infrascriptae Resp.nes absq. notae Cong.is, et
manu alterius, quam Ill.mi Ac.

P.° dictum fuit, quod c. 3. sess. 24. in alijs decretis erunt aliqua
necessario declaran., et ita poterit c.a hoc quoq. aliquid
provideri decr. c. 4. ead. sess. propter hoc solum, quod forte
raro contingat decretum non esse immutan. decr. c. 6. eiusd.
sess. non esse itidem alterandum, quia non erit quis absolutus
si non denunciat complicis, et Ep.i ante absolutionem eos
poterunt admonere, p.t semper in Synodo fuit responsum

2.° cum

2°. cum necessitas resignantium non sit equalis non poterit quoq; gnalis regula statui.

3°. facultas datur Episcopis in occultis tm, Unde bulla non est mutan.

4°. multe non sunt sublate si uere applicentur loco pio, quia tunc dispensans nihil recipit, et quoad se facit gratis.

5°. si non habet administrationem spualium non tenetur.

6°. licet de Iure coi non teneantur tamen posset ordinarij arbitrio mandari ne hoc Iure abutantur.

7°. decretum ur satis excludere istas causas.

8. hec spectant ad uerba, que poterit Interpretare Stas S., sed ratio est eadem, et uidentur ista quoq; comprehendi.

9°. Intia semper ur habenda à superioribus.

10. Iste non comprehenderentur.

11. decretum Intelligitur de ijs, qui habent in titulum.

Rodericus Canonicus Ecc. Eboren cum magrali prebenda, cui scilt Incumbit onus legendi, et Interpretandi sacrá scripturam obtinet certá parolem sancti Petri, et cum nollet uti facultate sibi concessa per motu proprio D. N. ut scilt residendo in Parochiali fructus Canonicatus consequatur fuit impeditus ab ordinario eo pretextu, quod ds motus proprius non comprehendat Institutionem di Canonicatus sm quam Canicus tenetur ad residentiam adeo arctam, utsi per 30. dies abfuerit sine Intia Prelati ammittit ipso facto Canonicatu una cum prebenda Dubitauit itaq. An ordinarius ita censuerit.

Congo cens: residentem orem in Parroli posse percipere fructus sui Canonicatus exceptis quotnis, et dummodo alium loco sui Idoneu

substituat, qui onus lecturæ coniunctum d. prebendæ magrali obest.

Epus Bitteteri Natione Florentinus, qui septem annos in sua Ecc.a resederat petijt Intiam à Cong.e proficiscendi Florentiâ, et aliquandiu ibi manendi causa quædam magni ponderis negotia pertractanda et quo longius ei spatium Cong.o Indulgeat dixit se esse ætatis ann. 50. Monia Monialium non habere eius Jurisd.em limites Civitatis non excedere, et magna esse corporis obesitate.

Cong.o cens: ei dan spatium sex Mensium incipien post festum Corp.is xpi, relicto tamen Interim idoneo in sua Ecc.a in spualibus et temporalibus Vicario.

Pius V. Bullam eden super residentia in Cong.e Conc: discutien dedit declarans non esse mentis S.tis s. ut in dubiu revocet. An ea bulla eden sit An in ea precise stabilienda sit residentia continua Epor et Cardinaliu An expressis verbis explicanda sit spualis pena peccati mortalis, et altera restit.nis fructuu in utroq. foro debite, et reliqua quæ ad eius exactionem, omnemq. executionem spectant An necessario habenda sit in scriptis Intia abntie Hæc enim omnia S.tas sua pro decretis in Bulla habet sic ut amplius de eis deliberan non sit, sed tm velle, ut Ill.mi DD. cogitent, et suggerant, quæ ad formulam ipsius Bullæ recte accommodanda pertinebunt.

Et cum Card.les Cong.is quæ circa formulam Bullæ sentiebant suggesissent S.mus omissa Bullæ editione in Consistorio die 8. 8bris 1567. decrevit, quod omnes Ep.i in Urbe exntes irent ad residen in eorum Ecclesijs, et D.ni DD. Card.les Archiep.i seu Epi saltem quolibet triennio teneantur suas Ecc.as visitare, Cumq. quæsitum

fuisset

fuisset à Cong.e Conc: An propter Inimicitias Rectores Parochum excusarentur à residentia Item an propter Infirmitatem Item an propter senectutem.

Quoad primum Cong.o cens: si Inimicitiæ vere sint, et post obtentam Parochiam et sine culpa Parochi orte posse ei ab ordinario dari dilationem, ut in alio loco viciniori et tutiori maneat, durantibus ipsis Inimicitijs dum non ultra annum durent Interea autem Vicarium Idoneum in ipsa Parochia ab ipso Ordinario ponendum, eique congrua portione assignandum ex redditibus ipsius Parochiæ.

Ad 2.m Cong.o R.t Infirmitatem non excusare Parochum à residentia, sed si Infirmitas sit curabilis, et in loco Parochiæ non sit copia Medicorum, medicinarumque posse ab ordinario dari dilationem trium, aut quatuor mensium Parocho ægroto, ut curari possit in locis vicinioribus, et commodioribus Interim tamen per ipsum Ordinarium deputato Idoneo Vicario ad curam d.æ parochiæ cum assignatione congruæ portionis ex ipsius Parochiæ redditibus.

Ad 3.m Cong.o respondit non excusare.

Instante Ill.mo Borromeo fuerunt in Cong.e proposita hæc dubia P.o An Parrochi tempore pestis teneantur residere in suis Parochiis, et sacr.ta per seipsos ministrare Parrochianis suis eo morbo infectis, 2.o An si id non faciant possint statim privari non expectato tempore à veteribus Canonibus fixo ijs, qui à suis Ecclesijs absunt Juxta cap: ex tua de Cler: non resid:

Die xi. 8bris 1576. Cong.o cens: Parochos tempore pestis teneri in Parochiis residere ex sentia Ripæ in tract: de pest. tit. de privil. cont. vers. 5.o n.o 147. et 150. Item ex sentia S. Thomæ in 2.a 2.æ q.e 26. art. 5.o in fin. et Navar. in man: cap: 24: n.o x.o et cap: 25. n.o 20.

teneri eodem tempore Parochianis suis per se laborantibus minis-
trare dumtaxat duo sacram.ta ad salutem necia, nempe Baptismum
et penitentiam, seu confessionem, posse autem ea ministrare, vel per se,
vel per alium, sed quod attinet ad illud verbum alium, quia Concilium
obligat ad per se faciendum verbum cum S.mo S.mus die 12. 8bris audita
sentia Cong.is eam approbavit etiam in eo, ut posset per alium dummodo
idoneum ea precipue ratione, ut Parrochus posset audire confess.es
sanor., qui alias cum reformidarent si viderent ipsum accedere
ad pestilentes, et nolent ei confiteri veriti contagionem, utq. etiam
ipse Parochus officio hortandi, predicandi, consolandi suos omnes Pa-
rochianos uberius, et plenius fungi possit, Cumq. postea reperta fuisset
decisio Archiep.i Florentini 3. par. list. tit. 22. c. 12. §. 3. his verbis
eos, quibus Cura animarum Imminet de necessitate salutis suae oportet
per se, vel per alium Idoneum sacramenta ministrare quantum-
cunq. infectis peste, et dubitari posset, quid agendum, cum hic sanctus
tm sacramenta dicat, nec se restringat ad duo res tota ad S.mum
delata est Die 26. 8bris 1576. referen. Alc. et Senen. dictum Archiep.i
Florentini non haberi pro decisione necia, quia non doctor non
Judex, non alia auctē suffultus S.tas sua inclinavit in eam sntiam
ut hā scribenda Indistincte dicat sacramenta, et decretum sic
esse concipiendum teneri omnino ministrare Baptismum, et
Penitentiam, neque loco dictionis dumtaxat apponen. dictionem
omnino An sit facienda, et eden. Constitutio amplius deliberan.
et audien. rones fratris Montis Alcuini, qui dicit se dissentire
et dubium mittendum ad Patrem Toletū, et alios duos, vel tres
Theologos, qui eorū sentiam dicant, et discutien. etiam An

Parrochi

Parochi quaterus teneantur si id non faciant, debeant statim non expectato semestri priuari.

Cong.o die 6. xbris 1576. cens: cōi sentia excepto tamen senen. qui dixit monendos, et seruan consuetudinem persisten in decretis, quod scilicet teneantur residere, Itemq; sacramenta Baptismi, et Confess.nis omnino ministrare per se, uel per alium idoneum, hoc tamen nō per legem generalem statuendum, sed per hās Cong.is ut solet significan Cardinali, et adden, contumaces Parochos non ideo statim priuandos esse sed premisso edicto, seu monitione contra eos proceden prout Conc.mo mandat sess: 23: cap: 1.o nempe prius per Censuras, 2.o per sequestrat.es et subtractionem fructuū, deinde si hæc remedia non prosunt posse per priuationem, sed agendum prius bonis uerbis, et pijs cohortationibus et admonitionibus Amplius, quia Theologi aliqui dissentiunt Tab: Armil. et Canonistæ etiam in cap: fin. de Cler. non resid. et Barb. cons: 87. n.o 2.o dum dicunt, si Parochi excusantur propter Inimicitias Capitales, ita etiam excusari debent propter pestem, et quia sani fugerent Parochos, et quia Parochi omnes morerentur Ideo censuere omnes ab Episcopo, seu Archiep.o Card.li temperamentū aliquod adhibendum ex sua prudentia, uel ut non omnes Parochos cogeret, sed aliquos, partiendo opus sm col. uel deputaret aliquos Sacerdotes etiam non Parochos uoluntarios tamen, et mercede constituta, qui sacramenta prestent egrotis, prout alias Romæ dicitur factum, et prout Card.lis senen testatus est Inoleuisse laudabilem consuetudinem, ut Princeps, Magratus, et Ciuitates

procideant de Ministris sacramentorum ex Clero conducendo eos mercede ex fisco, et Erario collectis etiam à Clero exactis, et ità in litteris quæ scribentur addeñ tamen prius cum S.mo agendum.

Die x. xmbris 1576. facta S.mo relatione in Consistorio S.tas sua decrevit scribeñ esse simplr lrãs ad Card.lem S. Praxedis quibus significetur dubio in Cong.e proposito, et ad S.mu relato S.te S. decrevisse Parochos tempore pestis teneri omnino residere in suis Ecclesijs Parrochialibus posse tamen per alium Idoneum ministrare Parrochianis suis peste infectis sacramenta baptismi, et Pœnitentiæ, et si nõ resederint contrà eos proceden esse servata forma cap: 1. sess: 23: in fin.

Die 13. xmbris 1576. Cong.o cens: scribendas lrãs in hanc formã Parrochi tempore pestis teneantur omnino residere in suis Ecclesijs Parrochialibus et si non resideant agen contrà eos ex decr: Conc. c. p.o sess. 23. et servata forma ibidem prescripta ministrent vero Parrochianis peste infectis sacram.ta Baptismi, et Pœnitentiæ, seu confessionis per alios et licet Alc. diceret, quod ex ultimis verbis vr prohiberi Parochis, ne per seipsos hæc duo sacramenta etiam volentes ministrent, tamen tota Cong.o dixit, quod ista erat mens S.mi in prohibendo hæc Parochis ad commodum Parrochianorum, qui sane essent, hi enim verisimilr nollent conversari cum Parochis euntibus ad Infectos peste.

Petente Camillo Neapolitano habilitationem à residentia ex causa Inimicitiarũ.

Cong.o cens: dandas lrãs in forma, quibus censuit nunc et imposterum semper addendũ, qd Interim Epus partes suas Interponat, et

oem

omnem diligentiam adhibeat, ut fiat ad hoc, ut sedatis Inimicitijs tuto possit residere Parrochus.

In ijs, qui pndunt non teneri ad residendum in Parrochiis, vel ex Causa Inimicitiarum, vel ex alia.

Cong.o decrevit, quod Imposterum nihil rescriberetur, sed Ores remittantur ad ordinarium, ut petant ab eis sibi Justitiam administrari Juxta not. per glos: et DD. in cap: fin. de Cler. non resid: et si Ordinarij eos contra Jus gravaverint appellent, et recurrant ad Cong.em, quae providebit prout Juris fuerit.

Cum ex Conc.o fructus à Parrocho tempore absentiae percepti sint restituen. et convertendi, vel in fabricam Ecc.ae, vel pauperes quaesitum fuit à Parrocho Ravennaten, cum nec fabrica Ecc.ae egeret, nec pauperes essent in loco Ecc.ae An possent applicari pauperibus Diocesis, et An parrochiam Ecc.am intra Civitatem obtinens, et in Aedibus Ecc.ae, seu Intra limites Parrochiae diu, noctuq. non residens eidem tn Ecc.ae in divinis Inserviens teneatur tamq. non residens ad fructuum restitutionem.

Cong.o quoad primum censuit fructus applican. fabricae Ecc.ae de cuius Jurium restitutione agitur, quae licet nunc non egeat, poterit tamen in dies Indigere. Quoad 2.m Cong.o cens: non teneri, sed cogendum Imposterum residere in domo Ecc.ae, vel si non habet in propinquiore Intra limites Parrochiae.

Antonius Lucius Diocesis Jesulan obtinens Ecc.am S.ti Donati Parrochiam sup qua post habitam possionem sibi lis mota fuerat, Dubitavit An teneretur lite huiusmodi durante suscipere sacros ordines.

Cong.o cens: non teneri, si vera est lis suscipere sacros ordines, et licet

Casad. decis: q. de cas: pos. et propr. dixit hoc Intelligen quando
lis mota fuit intra duos Menses, tamen Ill.mi Domini dixerunt nihil
exprimendum de istis duobus Mensibus, sed simpliciter non teneri, si
vera est lis ad suscipien ordines licet residere non teneatur,

An obtinens Ecclesiam Baptismalem Plebaniam nuncupatam teneatur
ad residentiam, et an possit cum ea retinere beneum Curatu.

Cong.o licet huoi Ecc.a non sit Parolis, neque Curata ex doctr. Pauli Tubar.
Vital. Gonzal. Gomez, tamen quia agitur de actu principali ad
salutem Animae, et fons ibi stat erectus, et paratus ad baptizandum
quibus tenetur, et in ministrando haec sacram.ta videtur electa Industria
personae, et Inter signa cognoscendi Curatam praecipue Cancellaria
attendit si in ea adsit fons baptismalis, Ideo Censuit teneri ad resi-
dentiam non posse Orem huoi Ecclesiam retinere una cum Canotu
vel Parroli.

Joannes Riera Clericus Vicentin dubitavit. An obtinens beneum
simplex, cui unitum est beneum Curatu teneatur ad residentiam.

Cong.o cens: Parolem perpetuo unitam beneo simplici desinere esse
parolem, et assumere naturam simplicis dummodo unio sit facta
accessorie, et Cura per Vicarium temporalium non exerceatur.

Cum Papa Joannes omnia bona Ecc.ae Benuti curatae in feudum con-
cessisset Christophoro Valere, et eius successoribus cum onere eidem
deserviendi per Capellanu ab eis deputan, et omnia necia suppe-
ditandi Comes Vaccarus d.i expositori succor Nobilis, et agens petijt a
Cong.e declarari An Iure ea bona teneret.

Cong.o cens: hunc Comitem posse se tueri ex aucte Pontificis, qui fecit hoc,
et

et facere potuit, nec Concilium revocavit, s.mus tamen audita Cong.is sentia statuit, quod deputetur Rector huic Parroli, qui dimidiam fructuum det huic Comiti loco pensionis.

D. Bernardinus Callien. obtinuit Dignitatem Archid.tus in Ecc.a Cathed.li Callien., cui in erectione unita fuerat Parrolis Ecc.a s. Appolinaris et postea ex dispensatione apostolica obtinuit aliam Parochialem dubitatum fuit in qua teneretur residere

Cong.o censuit teneri residere in Parochiali Urbinaten. Vicarium autem perpetuum ponendum in Parrochiali Callien. unita Archidiaconatui.

Cum Episcopus Camerinen. concessisset licentiam Rectori Parochialis ut inserviendo ei pro Vicario foraneo extra locum Parrolis resideret dubitatum fuit in Cong.e An hanc lntiam concedere potuerit Epus

Cong.o cens: Iure ordinario non potuisse ex se concedere huiusmodi lntiam

Iterum Cong.o cens: idem in una Patavina, et Epum qui licentiam non residendi in Parroli dederat reprehendi jussit, apposito in ea Vicario perpetuo communi salario; Hoc enim per nullum Conc: decretum ordinario permittitur.

Dubium ortum est non nullis Prelatis Ecc.ar, quod sit proprium Episcopi officium tempore pestis An scilt ad residentiam continuam, et An ipse Curatis suis Ecc.ca sacramenta ministrare teneatur, vel potius hoc tempore ab Ecc.a sua abesse possit, ut se pro bono subditorum suorum inclusum enseruet, et an tutiori consciam ad aliquam suae Diocesis partem, in qua fortan Epidimia non vigeat se conferre possit relicta Civitate, et parte infecta, licet eius presentia summopere indigeat.

Gnus die 18. xembris 1516. dixit, quod decretum factum in Parochis multo magis deberet procedere in Episcopis, qui magis obligati sunt tn posse Episcopos in locis tutioribus manere, et Inde prouidere, sed nunc id non esse opus discutere ulterius aut deffinire.

Dubitauit Abbas Cassinen, An posset ex cap: 1.o sess: 23. compellere ad residentiam in Parrochiali, cuius ad eum Inst.o, et uisitatio legitime spectat Vincentium Spinellum olim Epum Oppiden dtam Parrolem obtinentem

Cong.o cens: supplicam libellum mittendum ad Epum Itericen, ut Vincentium cogat ad residendum, alias contra eum procedat, pt Iuris fuerit, hoc enim his compellendi ad residentiam, et proceden non ad Abbatem, sed ad Epum ordinarium spectare.

Cum in synodo Prouinciali coram Metrop.no Mediolanen celebrato fuisset ordinatum, quod Canonici Canonicatus, et Parrochiales simul obtinentes dimissis Canonicatibus in Parrolibus residerent Nouem Canonici Ecc.e Casalen habentes parrolas atta beneoz tenuitate ad Cong.em Conc: habito recursu obtinuerunt, ut 3.a pars redditum Canonicatuum applicaretur Capitulo Ecc.e Ispalen Casalen Reliquae autem duae partes Canonicis ipsis in eorum parrolibus residen relinqueretur inter hos nouem erat tempore supp.nis comprehensus Dnus Octauius Bobba, qui dum pro expeditione huiusmodi gratia Instaretur Canonicatu in fauorem Laurentij Bobbae, qui parrolem obtinebat et obtinet resignauit, quare hic Laurentius petijt declarari a Cong.e Conc: An huiusmodi gratia, qua usus fuit Octauius Bobba

resi-

resignans si non resignasset Canonicatu sibi ut gaudere liceat cum
alijs Canonicis Parochiales habentibus Iuxta formam decreti Congreg.ij
Vlt. ut Orator ipse in sua Parrochiali residendo duas portiones sui
Canonicatus perciperet.

Cong. cens: posse Orem resignatarium uti eodem privilegio, quo usus
fuisset resignans, si modo legme dispensatum fuit cum Oratore
ut Canonicatum possit retinere cum Parrochiali extra menia

Cum Archiepus Rosani visitando Plebaniam Crotiæ curatam reperijsset
Rectorem illius non residere et ad residentiam compellere vellet
Rector ipse ostendit se constitutum Commissarium spoliorum à R.mo
Nuntio Neapolitano, et ideo esse exemptum à Iurisd.e ordinarij
Iuxta facultates a S.mo Nuntio pto concessas Unde ordinarius
ptus Congregationem adijt pro opportuno remedio Item addidit
Archiepus, quod cum contra d. Archiepum ob adulterium ab eo com-
missum agere cepisset Item ob allegatam exemptionem Impeditus
fuit.

Sanctis. ex sentia Cong.ij quoad primum censuit mittendum supplicem
libellum ad Cardinalem Comen, ut scribat Nuntio, quod si opera
alterius uti potest in huoi officio Commissarij spoliorum ea utatur
et non amoveat istum Archipbrum a sua Cura, quod si non
reperiat alium Idoneum utatur ipsius opera, sed in locum tantum
ipsius Parolis, ne occasionem inde arripiat vagandi, et diserendi
Curam. Quoad 2.m d.tas sua dixit scribendum Nuntio
ut cognoscat, et inquirat contra hunc Archipbrum postquam

et electus Collector, et puniat prout Juris.

An Curatus inferior, qui ultra duos menses residentiam Intermisit possit, et debeat compelli per Epum ad restitutionem fructuum pro rata temporis absentiæ, et an ad hoc requiritur Citatio aliqua, uel monitio.

Cong.o ad primam partem resp.t posse, et debere.

Ad 2.am partem non requiri

An liceat Ep.o pro Catholicæ Ecc.æ seruitio, uel suo aliquem ex Curatis extra ipsorum Curam ad certa neg.a adhibere constituto etiam in illis Vicario Idoneo.

Cong.o cens: non licere.

Præsupposita consuetudine optandi inter pntes, quæ Inualuit quoad Canonicatus in Cathedrali Casalen An Canonici qui ex dispensat.e Canonicatus d. Ecclesiæ, et Parolis obtinen et in Parrolibus ex Const.e Pij V. residentes sint ad optionem admittendi.

Cong.o cens: non esse admittendos.

Petente Curato, ut sibi concederetur licentia assistendi liti super Juribus Ecclesiæ in Urbeuetere

Cong.o concessit ad sex Menses, dum tamen lis uera sit pro Ecclesia et Episcopo uideatur Orem esse necessarium, ut per seipsum liti assistat Interea per Vicarium Idoneum Cura exerceatur.

An Episcopus possit uti opera Parochi in Visitatione suæ Diocesis, qui propterea abesse possit ultra tempus à Conc: permissum

Cong.° cens: non posse nisi pro tempore à Conc.° permisso, quo tn Idoneus Vicarius erit in Parrochi deputandus.

An Notarius, vel Cancellarius Episcopi possit quicq. ab ijs, qui visitant.° occasione decretorum, et ordinationum in Visitatione factarum pro rogitu, scriptura, laboreq. suo percipere.

Cong.° cens: non posse pro decretis, et ordinationibus ad Visitationem spectantibus.

An excusetur quis à residentia ob solum odium Parochianorum vel quia fructus Ecclesiæ reservati reperiuntur, et nihil remanet pro Rectore, vel quia Ecclesiam parochiam parum à Civitate distantem obtinet, vel quia operam litteris det in eadem Civitate, ità tamen ut singulis diebus Dominicis sit in Ecclesia, vel ob aeris Intemperiem, vel quia locus in quo mansurus est Parochus necesse habeat eius opera adhibendi pro Magro Grammaticæ

Cong.° cens: in nullo ex his casibus excusari.

Proposita sunt hæc dubia in Cong.e P.° An sola distantia loci ab Episcopo cum æquia discedendi causa excuset Parochum ut possit abesse à sua Ecc.a sine licentia in scriptis obtenta

2.° An Parrochus habens iustam causam abeundi extra Parochiam per duos, aut tres Menses satisfaciat suæ conscie si petat licentiam Jurans se gravem habere Causam, quam

non expediat manifestare, ut sic petita licentia abesse
possit licet Episcopus non concedat 3.º An abesse possit
in casu quo causam rationabilem expressit, quam vir
bonus, et æquus rationabilem iudicaret, sed rigidus Prælatus
minus æquam iudicat, et licentiam Ideò denegat, vel quia
movetur suspicione, quod ea ficta sit, cum tamen sit vera
4.º an possit abesse non petita, vel non obtenta licentia
et relicto Vicario Idoneo ab ipso ordinario approbato.

Cong.º ad primum respondit non excusare, nisi talis necessitas
repente se offerat, quæ non patiatur dilationem huiusmodi Initial
petendi quo casu quamprimum de discessu, et de neces.te
ordinarium certiorem faciendum esse, ut de ea cognosc.re
possit

Ad 2.m non satisfacere.

Ad 3.m non posse, sed habere debere recursum ad superiorem

Ad 4.m non posse.

An sit liber à culpa, et à pœna amissionis fructuum, qui
veluti per quatuor Mensium spatium ex urgenti admodum
Causa ad curandam valetudinem modbo gravi Instante
à Parrochiali recessit, et ad huiusmodi absentiam non petijt
licentiam ab Episcopo, qui bona fide putavit evidentiam
Causæ satis esse.

Cong.° cens. non esse liberum, nisi periculum fuisset in mora petendi licentiam.

An ut quis licite abesse possit à Parrochiali sufficiat licentia tacita.

Cong.° cens: non sufficere, sed expressam requiri juxtà formam Conc: decreti pred.i sess: 23:

An fructus amittantur tantum pro rata illius temporis quo quis abest sine lntia.

Cong.° cens: ità amitti.

An possit componi restitutio fructuum malè perceptorum ob non residentiam cum obtinentibus Bullam Cruciate vel vigore aliorum privilegiorum, et facultatum obtentarum post Concilium

An Epus procedens per subtractionem fructuum adversus Parochos non residentes juxtà decretum cap. p.i §. eadem omnino teneatur observare eadem Intervalla, eandemq rationem, quæ contrà Episcopos non residentes statuit in cap: 1. sess: 6.

Cong.° cens: Episcopum quoties in pœnam omissæ residentiæ vult Parochis subtrahere partem fructuum, quos residendo suos fecerunt debere servare quoad Intervalla, et quoad

prescriptum Conc: c. 1. sess. 6. In executione autem facienda super illis fructibus, quos ijdem Parochi pro rata temporis absentiæ suos non fecerunt, nec tuta conscientia retinere possunt ex decreto cap: 1. sess: 23: 4. si quis aut Epum non debere sequi Intervalla, de quibus in cap: 1. sess. 6.

An quis possit cogi ad residendum in Priorato Curato, vel Parroli perpetua unitæ Dignitati.

Cong.o cens: non posse, sed teneri residere in Ecc.a Dignitatis.

An Episcopus possit dare licentiam Parocho, ut non resideat ut eius opera utatur pro Vicario foraneo, vel servitio Seminarij.

Cong.o cens: non posse.

An Parochus teneatur residere etiam si essent in illa Parochia tres tantum, vel quatuor Incolæ

Cong.o cens: teneri

An Coadiutores Curæ Animarum teneantur residere.

Cong.o censuit teneri.

An sit arbitrium Episcopi qua via, et quo remedio uti voluerit contra non residentes nempe vel Censuris, vel sequestratione et subtractione fructuum, vel privatione.

Cong.o cens. ita esse.

An illa verba

An illa verba usque ad privationem posita in cap: 1º sess: 23: Intelligantur inclusive.

Cong.º censuit ita Intelligi, dum tamen precesserint tria edicta publica, et lapsi sint sex Menses Juxta c: ex tua de Cler. nó resid.

Dubitatur si due Ecclesie sint unite in qua sit residen.

Cong.º respondit esse residendum in digniori, quod si nó constat que sit dignior in frequentiori, quod si una fuerit extra et altera Intra Urbem esse residendum in ea que est Intra

An sint denegande litere comendatitie ab Episcopo Sacerdotibus, et Clericis, qui non habent benéa in titulum requirentia residentiam.

Cong.º cens: non esse denegandas.

An sit imponenda pena excomm.nis Parochis qui abfuerint per aliquod breve tempus.

Cong.º cens: non esse imponendam.

An valeat Constitutio Episcopi, ut Parochi non possent abesse ultra duos dies sine licentia

Cong.º cens: valere.

An Vicarius amovibilis in exercitio Cure animar. arguat penam esse penes deputantem.

Cong.° cens: arguere, et Ideo ipsum teneri ad residentiam.

An ea, quæ habentur in cap: 1. sess: 23: vers. eadem omnino committuntur Episcopis etiam in Ecclesijs Parrochialibus, quarum Collatio ad Inferiores spectat etiamsi Inferiores essent Abbates Regulares.

Cong.° censuit ita committi.

An ob inimicitias excusetur quis à residentia.

Cong.° cens: excusari, et dandas esse has ordinario, ut cognoscat si sunt veræ, et graves Inimicitiæ, quæ narrantur, et absque ipsius culpa, ac postq. obtinuit orator illud beneum exortæ, quo casu det Parocho dilationem ut in alio tutiori, et vicinitiori loco manere possit durantibus dumtaxat Inimicitijs dum non ultra annum durent Interea autem Vicarium Idoneum in illa Ecclesia constituat Episcopus assignata ei congrua portione ex redditibus Ecc.æ quod si esset Canonicatus, et fructus consisterent in distributionibus quotidianis illas Canonicus lucrabitur deducta tertia parte pro deservientibus.

An obtinens Ecclesiam baptismalem, cui Incumbit sola Cura baptizandi omnes Infantes oppidi existentes sub Cura Archipbri teneatur ad residentiam Supposito quod

In

in Ecclesia Archipbri preter Baptismum alia sacramenta ministrantur.

Cong.o die 20. Maij 1581. Col. Palen. Car: Can: Sal: Mon: reg Spin. Lancell: Castr: Ale: et As: cens: teneri.

Sess: 23: cap: 3.

Praesupposito, quod Ill.mi et R.mi Card.les in suis Titulis Iura Epalia ac in subditos ratione d.tor Titulorum, nec non etiam in suos familiares seu continuos Commensales Jurisd.em habeant. Quesitum fuit An possent absque alia cuiusvis alterius Ln.tia subditis, vel familiaribus huiusmodi primam Tonsuram, vel minores ordines conferre vel eos dimittere, ut ab alijs ordinentur, An etiam eisdem sacros ordines conferre possint, si in Pontificali dignitate constituti existant.

Non reperio quicquam à Cong.e responsum.

An Epus sicut pot familiarem suum ordinare ex cap: 9: sess: 23: ita etiam possit ad alium ordinan dimittere Jus cap: 3: sess: eiusdem:

Cong.o cens: posse.

Sess: 23: c. 4.o

Sess: 23: c. 4.

Denegante Epo Toletan primam Tunsuram conferre cuidam qui attingebat septimum annu, sed nondum compleuerat ordinandus adijt Cong.em Conc:

Cong.o cens: in prima Tunsura requiri etatem septem annor. completor. 33: dist: cap: in singulis sum: Angel. in uerb. etas.

Petro Joanne de Cabera nullius Diocesis petente, ut à Vicario Vrbis posset accipere primam Tunsurá, et nullá in supp.ne faciente mentionem lrar. dimissorialium.

Cong.o cens: agen cum S.mo qui annuit etiamsi Or non habeat lrás dimissoriales, sed cum hac clá Vr. dummodo oratores testibus eiusdem Regionis in Vrbe pntibus, et qui cum probauerint probet coram eodem Vicario Vrbis qualitates Vitæ suæ et morum quales de Iure requiruntur.

Sess: 23. cap: V.

Episcopus Gravinen. dubitabat An cum per Conc: sess: 23. cap: V. sanciatur, ut qui ad maiores ordines promouendi sunt per Mensem ante ordinationem adeant Epum, qui postea ordinat eos publicari in Ecclesia si semel post Conc: ut puta ad Subdiac.tus ordinem promoti Id fecerint teneantur id denuo facere.

Cong.o cens: teneri.

Stante dispone cap: V. sess: 23: quo cauetur Epum debere committere cui magis uidebitur expedire, ut de ordinandorum qualitatibus inquiratur, ipsosq: in Ecc.a publicet dubitatum fuit ab Abbate Monij S.ti Augustini exempti, et Jurisd.em quasi Epalem habentis An Epus ordinaturus Subditos d. Abbatis tamq. Vicinior possit decernere edicta continentia nomen ordinandorum, quae ipsius Episcopi nomine in d.a Ecc.a publicentur An uero publicatio sit facienda nomine Abbatis, nec suae Jurisd.ni Quid.m fiat.

Cong.o cens: debere Epum mittere edicta ad Abbatem cum literis in subsidium Juris Abbatem uero debere curare, ut illa publicentur nomine suo proprio in Ecclesijs Parochialibus sibi Subditis

Sess: 23. c. 6.

Sess: 23: cap: 6.

Dubitatur An Clericus primæ Tunsuræ, qui in habitu Incedit habetq. tamq. Clericus pensionem, sed non beneum, nec Ecclia iussu Episcopi deseruit gaudeat priuilegio fori Item an priuilegio Canonis.

Cong.o ad primum censuit gaudere ad Instar obtinentis beneum

Ad 2.m Cong.o cens: decretum Conc: c. 6: sess: 23: nihil de priuil.o Canonis disposuisse, sed reliquisse in illis terminis, in quibus erant ante Concilium.

Dubitatum fuit à quodam Clerico Veliternæ Diocesis, qui erat Clicus p.æ Tunsuræ, et beneum ecc.cum à se possessum reseruata sibi pensione resignauerat An gaudeat priuilegio licet in habitu et Tunsura non incederet.

Cong.o die 6. xmbris 1576: nihil decreuit, nam primo aspectu uidebantur obstare uerba Conc: ibi habeat beneum, et sit re ipsa corpus beneij, Pensio autem non est huoi, quæ consistat in mera ~~liberalitate~~ temporalitate Item quicquid sit de Jure communi clarum est, quod licet app.ne beneij ueniat pensio largo modo, tamen propriè non uenit c. quamuis de preben: in 6.o ut si Pontifex mandat alicui prouideri de beneo non potest dari pensio, nisi expressè fiat mentio pensionis in lris staph: dicit quest: 28: c. 60: c. ad audientiam de rescript: ubi omnes excepto Barbat: dicunt, quod

pensio stricte non venit appellatione beneficij in materia fa-
uorabili venit, sed non est fauor, quod gaudeat in habitu, et
Iunsura non Incedens Vlt.o Conc: non intellexit app.ne beneficij
venire pensionem, ut in cap: 2. sess: 21. c. 18. sess: 23: c. 15. sess:
23: tamen quia in terminis adest decisio Gigan: q. 94: quę in
praxi obseruatur Neapoli Venetijs, et alibi, et in dubio iudican
pro foro Ecclesiastico censuit Cong.o amplius deliberari

Cong.o die 13: xmbris 1576: prędidit aliquas difficultates futuras in
decisionis huius questionis, quia Iure veteri, et verbis c: 6: sess:
23: et solito modo loquendi Conc: non videtur Pensionarius com-
prehendi app.ne habentes beneum, quia tamen consuetudo, et
Venetijs, et Neapoli stat pro Pensionario Iuxta decis: Gig: licet
quoad consuetudinem ea Romę non probetur, nec in statu Ecc.lo
et consuetudo unius loci ad alium non extendatur.

Cong.o cens: non expedire decidere istum casum, sed ad S.mum remittere
deciden S.mus audita relatione Cong.is die 18. xmbris 1576: decla-
rauit Pensionarium censeri beneatum ad effum gaudendi pri-
uilegio fori Ecc.ci, de quo Conc: loquitur, Idq. duabus ronibus 1.o
quia Conc: habet pensionarium pro beneato Ideo vult exprimi
in Bullis pensiones sicut benea. 2.o quia Pius V. Bulla sua
coegit pensionarium ad diuen offm saltem B. Mariae

An si Clericus coniugatus est paratus Inseruire Ecc.ę, et per eum
non

non stat, quominus Inserviat, sed Episcopus non consensit cum Inservire nec vult uti opera illius gaudere debeat fori privilegio.

Cong.° cens: ex c. 6: sess: 23: Clericum beneatum fuit privilegio fori, licet Clericalem habitum, et Tunsuram non deferat, quia c. 6. dat privilegium alternative, vel Beneficiatis, vel deferentibus habitum.

Rota declarari petijt à Cong.e Conc: An decretum c. 6: sess: 23: in quo disponitur, quod nullus prima Tunsura initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus constitutus ante 14: annum beneficium possit obtinere habeat locum in fundatione Iurispatr:, in qua Testator ordinavit, quod presentandus ad d. beneum sit constitutus in 12. suæ ætatis anno.

Cong.° cens: non habere locum eodem modo censuit Congregatio in una Noctarien c. 6: sess: 23: nō derogasse legi fundationis.

Dubitatum fuit An c. 6: sess: 23: disponens, neminem ante 14: annum beneum obtinere posse eum qui anno 12. ætatis beneum obtinuit, et nunc effectus est annorum 14: adeo ut nunc non sit legitimus possessor, et fructus suos non fecerit

Cong.° Conc: iuxta doctr: Jas: in l. Gallus n.° 17: cum seq: de lib: et posth: ubi quod actus redditur nullus ipso Iure

cumquid prohibetur cum verbo non possit censuit Collationem ante 14: annum fuisse nullam, et provisum fructus suos non facere.

Cumquidam Clericus Turritanus, qui per sentiam declaratus fuerat debere gaudere privilegio fori Ecc.ae de mandato Episcopi Inservisset, et postea ob legitima Impedimenta relicto Ecc.ae servitio delictum commisisset Dubitatum fuit An gauderet privilegio fori.

An c. 6: sess: 23: requirens ætatem annorum 14: ad obtinen. Ecc.cum beneum procedat in eo, qui Ingressus est annu 14: sed non compleuit.

Cong.o cens: sufficere annu 14: esse inchoatum

Epus Nuscanus de pluribus consuluit Cong.nem 1.o An Clericus coniugatus, qui post dimissum habitum, et Tonsuram Clericalem deliquit, et pro eo delicto in Curia seculari citatus, et condemnatus fuit, deinde reassumpto habitu, et Tonsura Ecc.ae Inservire cepit iuxta decr: Conc: c. 6. sess: 23: possit a Iudice laico propter delictum ante commissum iudicari, et puniri 2.o An Uxor Coniugati Clerici gaudeat privilegio fori, prout eius Maritus. 3.o An decretu Conc: c: 6: sess: 25: vers: 11 et obstet Epo quominus Iure suo animaduertere possit in Clicum delinquentem, qui alioquin ex eodem decreto fori privilegio

Cong.ᵒ 13. xmbris 1584: S. + sen. S. Six: Deq. Car: et Lancell.
ad primum non posse propter idem delictum in Carcerem conijci
aut personaliter distringi, modo non reassumpserit habitum in
fraudem; Iudicem vero Laicum posse processui finem imponere
et contra illum realiter procedere Iuxta decr. Jo. Andr: in cap.
unico de oblig: ad reuoc:

Ad 2.ᵐ non esse Cong.ᵒ id decidere, sed questionem esse soluendam
ex dispone Iuris communis.

Ad 3.ᵐ Clericos in minoribus ordinibus constitutos, nisi beneum
ecc.ᶜᵘ habeant ante Clericalem habitum, et Iunsuram de
ferentes Ecc.ᵉ deseruientes, vel in seminario, aut aliqua
schola, vel Vniuersitate de licentia Episcopi versentur iuxta
cap: 6: sess: 23: forum Iudicis Laici declinare non posse, non
tamen idem decretum obstare, quo minus Iure suo in huiusmodi Clericos
delinquentes si Clerici adhuc permaneant possit animaduer.ᵗᵉ

An Clericus in minoribus constitutus non beneatus certe, tamen
Ecclesiae adscriptus per dimissionem habitus Clericalis ante
trinam monitionem, de qua in c. in audientia, et cap:
contingat 2.º de sent: excomm: amittat priuilegium fori ex
Conc: c. 6. sess. 23:

Die 16. 9bris 1581. Cong.ᵒ Gos: sen: M. Alt: et Car: cens: ammittere
sine precedenti monitione.

An Clerici, qui decreto Conc: c: 6: sess: 23: privilegio fori privantur
Intelligantur etiam privati privilegio Canonis.
Die 16. octobris 1582. Cong.o conc: Per. S. Prex: Ges: Pal: sen. Alb:
S. Sixt: et Car: cens: non intelligi privatos.
An Clericus in omnibus ordinibus constitutus Ecc.e c. deserviens
sed habitum non deferens ob licentiam illum non deferendi ab Ep.o
obtentam gaudeat privilegio fori.
Cong.o cens: gaudere, et Epum delinquere, et esse corripien.
An Clericus in minoribus ordinibus Constitutus Clericalem habitu
et Tunsuram deferens, qui alteri Ecc.e, quam ei, cui ex mand.to
Episcopi descriptus est inservierit gaudeat privilegio fori.
Cong.o cens: gaudere, diversa tamen habetur decisio superius.
An Clericus beneatus in minoribus constitutus, qui servitio Ecc.e
descriptus habitum Clericalem, et Tunsuram deferre solitus est
si noctu, vel interdum cum armis absque habitu Clericali
deprehensus fuerit, eo ipso privilegio fori carere debeat.
Cong.o cens: non carere, sed gaudere posse.
An Clericus in minoribus constitutus, cui uti Clerico reservata
est annua pensio super fructibus beneij Ecc.ci, ut eo commodius
se sustentare valeat gaudere possit privilegio fori licet habitu
Clericalem, et Tunsuram non deferat, quae Ecc.e inserviat.
Cong.o cens: non posse gaudere, etiam si deferat habitu Clicalem

et Tunsuram, diuersa tamen decisio habetur superius edita tempore Alciati.

Joannes Clericali charactere insignitus beneum Ecc.cus obtinuit cui postea animo Uxorem ducendi una cum Clericatu renunciauit, deinde non sequuto matr.o Clericalem habitum reassumpsit et aliud beneum exigui redditus adeptus est, Dubitatur An gaudeat priuilegio fori.

Cong.o cens: gaudere

An prouiso in 73: suæ ætatis anno de Can.tu in Colleg.a Ecc.a ubi uigore statuti Ecc.æ prouisi ante realem possonem, et fructuū perceptionem tenentur expectare per biennium obstet decretū c. 6. sess: 23:

Cong.o cens: obstare.

An Clericus primæ Tunsuræ prouisus de beneo possit gaudere priuilegio fori, quamuis beneij possonem non habeat ppter Intrusum contra quem litem moruit.

Cong.o respondit posse.

An Clericus in minoribus constitutus, et in habitu, et Tunsura Incedens, ac de mto Epi Inseruiens Cappellæ, quæ in Ecc.a existit, et ab Ep.o ipso Confraternitati laicorū pro Oratorio assignata est gaudeat priuilegio fori exc. 6: sess: 23: et

dato quod gaudeat An idem dicen. si seruitium non continuatum, sed aliquo Impedimento necessario Interpellati Epiteterit.

Die 13. 9bris 1588. Com: Rustic: Car: Aret: Matth: Cong.o cens: ad 16.m gaudere Ad 26.m Idem dicendum.

An Clericus ad minores ordines promotus, qui Ideo alicui Ecc.e non inseruit, quia Id ei Episcopus non mandauit gaudeat priuilegio fori

Cong.o cens: non gaudere.

Sess: 23. Cap: 7.mo

Archidiaconus licien. ab antiquo tempore in examinibus ordi:
nandorum ab Epis licien. solitus conquerebatur apud Cong.es
Epum. pntem. nolle amplius eum adhibere sub pretextu quod
in casu pto. c: 7. sess: 23: corrigeret Ius coe.

Cong.o cens: d. c. 7. non correxisse cap: ut nostrum de offic. Archid.
et Ideo debere Epum. adhibere Archid.nus inter illos sacerdotes
et alios prudentes Viros, quos Conc: d. c. 7. mandat ad id
assisti.

An approbatus ad Dignitatem ordinem suum annexu habente
alia indigeat approbatione ad suu ordinem suscipien.

Die 23: Janu: 1580. Cong.o Ges. S. Senen. M. Alt. S. Sixt. Car.
et Lanc: cens: cum qui ad Dignitatem approbatus est, examini
nihil! subijcien. esse tam eius Epi, qui non contulit Dign.tes
quam eius, qui contulit, nisi tn statim cum Dignitatis col-
latione examinatus, et ordinatus fuerit Iuxta decr: Conc:
c. 7. sess: 23:

Sess: 23: cap: 8.

Præpositus Collegiatæ Ecc.ae S.ti Mincaci Diocesis Lucen. con formam c. x: sess: 7. et c. 8. et x: sess: 23: nonnullos ordinavit, Dubitavit Episcopus Lucen, Ad se spectaret Jus tollendi suspensiones in quas ordinati inciderant cum c. 8. sess: 23: ubi dicitur ordinatos esse suspensos ad beneplacitu eorum ordinarij videatur loqui de ordinatis ab extraneis, non ab eorum inferioribus Prelatis

Cong.o cens: hunc casum esse decisum d. c. 8. et x: et sess: 23: et ideo Jus tollendi suspensionem spectare ad Epum Lucen sed cum postea Cong.o rem dubiam censuisset, quia c. x. sess: 7. et c. x: sess: 23: non continent idem quod continetur d. cap: 8. casus specialis non videtur comprehendi sub generalitate d: cap: 8. et ideo tutius putavit adire Signaturam ptim cum de scrupulo conscia agatur propter suspens.es Et cum in eadem facti specie quereretur, An ordinati a Præposito pto ad maiores ordines dispensat.e Indigeret

Cong.o cens: hunc casum relictum esse in dispone Juris communis Ideo adeun Signaturam S.mi, cum sint promoti contra Concilium.

Episcopus Hierven dubitavit An incidisset in pœnam suspensionis

suspensionis quia cuidam extraneo subdito alterius Epi p.am tonsuram
contulerat

Cong.o cens. non incidisse nec c. 8. sess. 23. loquens de ordinantibus
habere locum in conferentibus primam tonsuram que a Conc.o
non habetur pro ordine ut patet in c. 9. sess. 23. Junto c. 5. et in
c. 6. eiusdem sess. 23.

Epus Feretranus dubitauit An posset concedere lras dimissorias
cuidam suo Diocesano qui in urbe habitabat et si eius qualitates
notas non haberet

Cong.o cens. posse si enim qualitates eius non nouit potuit cohibere
examen ordinario loci in quo degit ut alias decretum fuit in vna
Mediolanen cuius decreti uerba sunt hec Cong.o cens. Epum
quamquam absentem suas lras dimissorias dare et ordinandos
subijcere suo examini etsi absentes sint ad se ut examinet no-
uare si commodum erit aliquin eos examen committere
ord.rio loci in quo illi degunt.

Querente Card.li Portugallie An per decretum Conc. c. 8. sess. 13. et 14.
esset sublatum indultum aplicum concessum Religiosis societatis
Jesu dicte Prouincie ut possint extra tempora ad sacros ordines
promoueri.

Cong.o cens. indultum hmoi esse reuocatum a Conc.o

Dubitantibus Regularibus. An deberent accipere ordines sacros
ab Epo in cuius dioc.si sunt monasteria in quo ipsi degunt uel
dimissorias ab eo accipere

S.mus ex sntia Cong.nis cens. debere et ita observari

An suscipientes minores ordines ab alieno Epo sine dimissorijs proprij ordinarij sint ipso Jure suspensi per c. 8. sess. 23.

Cong.o cens. ita esse quia cum c. quoad translationem et c. vel non est de temp. ordin. licet hos non afficiat quia ex is sunt suspendendi non suspensi ipso Jure tamen cum loquantur indistincte de ordinatis a non suo Epo et tn intelligantur de minoribus perinde ac de sacris Idem intellectus adhibendus est ad c. 8. quod augendo penam possit suspensionem ipso Jure

An privilegium suscipiendi ordines extra tempus sit sublatum per Conc.m c. 8. sess. 23.

Cong.o censuit non esse sublatum.

An ordinario sacroz ordinum poit fieri ex Cathedralem si urgens necessitas aliud exposcat

Cong.o cens. posse

An Vicarius Gnalis possit concedere dimissorias

Cong.o cens. non posse nisi heat speale mtum illas concedendi

An qui facultatem a sede aplica obtinuerit ut poit ordinari ab alio qz a suo ordinario debeat nihil.s probitatem suam et mores ord.rij sui testimonio comprobare.

